



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Disp. III. De relationibus divinis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

(referente D. Thomā infra quæst. 34. art. 2. ad 3.) A Verbum Divinum, eo dicitur Verbum quo Filius. Ex quibus hoc argumentum conficio: Deus non est intelligens quo volens, nec eo justus quo misericors; propter distinctionem virtutalem, quæ inter voluntatem & intellectum, nec non inter justitiam ac misericordiam reperitur: Sed ex Augustino, Verbum Divinum eo dicitur verbum quo Filius: Ergo ratio Verbi, & ratio filii identificantur in secunda Trinitatis Personæ, ab ipso virtuali discrimine.

Quod autem distinguuntur ratione alicujus connotatiois, quæ in ratione Verbi, non verò in ratione Filii importatur, ut afferit secunda pars corollaria, manifestum est. Nam Verbum connotat representationem creaturarum, quam non connotat ratio Filii, qui solum dicit ordinem generantem. Item Verbum, in ratione Verbi, & ut manifestativum, dicit ordinem ad gloriam Trinitatem quam manifestat; Filius vero in ratione Filii, solum dicit respectum ad Patrem, à quo generatur.

B

Advertendum tamen est, hanc connotacionem in Verbo non importari magis principaliter & in recto, sed minus principaliter & in obliquo. Verbum enim in recto & magis principaliter dicit relationem realem ad Patrem dicentes; in obliquo autem & minus principaliter importat respectum rationis ad creaturas, in eo representatas & manifestatas. Unde S. Thomas infra quæst. 34. art. 3. ad 4. Nomen ideo principaliter in eiuspositum ad significandum respectum ad creaturas, & id plur aliter dicitur in Divinis. Sed nomen Verbi principaliter in eiuspositum est ad significandum relationem ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas, in quantum se intelligendo intelligit omnem creaturam. Et quæst. 4. de veritate art. 5. in corp. Quia ideo principaliter dicit se generando Verbum suum, & ex consequenti creaturas, ideo principaliter, & sibi per se, Verbum referatur ad Patrem; sed ex consequenti, & quasi per accidens, referatur ad creaturam: scilicet enim Verbo, ut per ipsum creatura dicatur. Unde quando in corpore ejusdem articuli ait, hoc nomen Verbi imponit ad significandum aliquid absoluatum, cum aliquo respectu, solum intendit docere, quod Verbum Divinum, in ratione Verbi, non importat solum relationem ad dicentem, sed etiam divinam naturam ut representantem. Nam in Verbo adæquata sumpto duo includuntur, nempe ratio representationis actualissima objecti, & insuper ratio expressi, realiterque producti à dicente. Unde licet in linea absolute, & in Verbo præintellecto Personis, non possit reperi ratio Verbi propriæ & adæqua-
tudine, defecutio ratio realis ad dicentem, improprie tamen & inadæquata illi competit: quantum in divina essentia invenitur ratio intellegibilis actualitate, & representationis actualissima, naturæ, attributorum, & creaturam, ut in Tractatu de attributis ex eodem S. Doctore ostendimus.

C

ARTICVLVS I.

An inter relationem divinam, & divinam essentiam, sit aliqua distinctione actualis ante operationem intellectus.

§. I.

Premittuntur qua sunt certa de fide, & reser-
runtur sententia.

Suppono primò tanquam certum de fide, da-
ti in Deo relationes reales. Quod, relictis pluri-
bus Conciliorum & SS Patrum testimoniosis, duplice ratione probat D. Thomas h̄c art. I. Prima habetur in argomento sed contra, his ver-
bis: Pater non dicitur nisi à paternitate, & Filius à filiatione: si igitur paternitas & filiatio non sunt in
Deo realiter, sequitur quod Deus non sit realiter Pa-
ter & Filius, sed secundum rationem intelligentia tan-
tum, quod est heresis Sabelliana.

Quod si contra rationem istam objicias: Deus
dicitur realiter dominus, & tamen relatio domini-
ni non est realis in Deo. Similiter Christus de-
nominatur realiter filius B. Virginis, & tamen filiatio in ipso non est nisi relatio rationis, ut docet
S. Thomas 3. parte quæst. 25. art. 5. Ergo etsi relatio paternitatis, non realis sed rationis esset,
E denominaret tamen realiter Patrem.

Respondeo denominationem à nomine relati-
vo tunc esse realem, etiam si relatio sit rationis,
quando fundamentum est reale, à quo tunc pro-
venir realis denominatio: unde licet relatio do-
minii in Deo, & filiationis in Christo, rationis
sit: quia tamen earum fundamentum est reale,
nempe creaturarum productio, & B. Virginis
generatio, Deus dicitur realiter dominus &
Christus realiter filius B. Virginis. Ceterum in
Patre divino, si paternitas non esset realis, non
daretur reale fundamentum: nam paternitas
supra generationem fundatur, quæ requirit rea-
lem distinctionem geniti à generante; cumque
distinctione in divinis personis sumatur à relatio-
bus,

DISPUTATIO III.

De relationibus divinis.

Ad quæst. 28. D. Thome.

Quærunt Philosophi quid illud sit, quod
maximum in minimo est? Censent aliqui
Tom. II.

nibus, si istae non essent reales, distinctio realis A inter personas esse non posset, ac proinde nec realis generatio unius ab altera, supra quam fundatur paternitas; unde sublatā realitate relationum, reale fundamentum non manet, à quo posuit denominari realiter Pater.

3 Secunda ratio, quam habet S. Doctor in corpore articuli, sic ab eo proponitur. Cūm aliquid procedit à principio eiusdem nature, necesse est quod ambo, scilicet procedens & id à quo procedit, in eodem ordine convenient, & sic oporet quod habeant reales respectus ad invicem. Cūm igitur processiones in Divinis sint in identitate naturae, necesse est quod relations, quae secundum processiones divinas accipiuntur, sint relations reales.

Præterea: Cūm personæ divinæ realiter distinguuntur, & haec distinctio non possit esse secundum aliquid absolutum, quia perfectiones absolute toti Trinitati communes sunt, necesse est illam defum ab aliqua relatione reali; & sic necessariò poni debent in Deo relations reales. Ita discurrit idem S. Doctor qu. 8. de potentia art. 1.

4 Confirmatur: Cūm divina personæ summa unitate ac simplicitate gaudent, minimâ omnium oppositionum debent inter se opponi a distingui: Sed oppositio relativa omnium minima est, nam illa quæ contradictoriæ, contrariæ, aut privativæ opponuntur, se mutuò excludunt, & ab eodem subjecto expellunt; quæ autem relativâ oppositione gaudent, tantum abest quod se excludant aut expellant, quin potius ita se mutuò inferunt ac ponunt, ut uno destruto non possit aliud subsistere: Ergo in Trinitate necessariò poni debent relations reales, quibus divinæ personæ inter se relative opponuntur, & realiter distinguuntur.

5 Neque huic orthodoxa veritati officit quod dicit Boëtius in libro de Trinitate: Similis est relatio in Trinitate Patri ad Filium, & utriusque ad Spiritum Sanctum, ut ejus quod est idem, ad id quod est idem. Non officit, inquam, quia ut declarat D. Thomas h̄c art. 1. in resp. ad 2. Boetius assimilat relations, quæ sunt in Divinis relationi identitatis, (quæ est secundum rationem tantum) non quantum ad omnia, sed quantum ad hoc solum, quod per hujusmodi relations non diversificatur substantia, sicut nec per relationem identitatis.

6 Quando vero ipsemet S. Doctor in corpore eiusdem articulat: Solum in his quæ dicuntur ad aliquid, inventiuntur aliqua secundum rationem tantum, & non secundum rem: non intendit docere relationem in creatis non esse verum accidentis reale, & realiter afficiens subjectum; sed loquitur de relatione in communi, & secundum rationem analogam, quæ abstracta à relatione reali & rationis; illudq; inter relationem & alia prædicamenta discrimen constituit, quod licet in aliis prædicamentis possit fangi aliquid secundum rationem, pura chimera, per modum substantiae, quantitatis, aut qualitatis; in ea tamen, nec ratio substantiae, nec quantitatis, nec qualitatis, vere & absolute invenitur; sicut in relationibus quas intellectus format, vere & absolute reperiunt ratio relationis in communi. Nam relatio sic supradictum propriam rationem solum significat respectum ad aliquid, qui vere & absolute in relationibus rationis invenitur. Quantitas autem aut qualitas, secundum propriam rationem, etiam in communi sumptam, & superiorē ad eam quæ prædicamenta constituuntur, significant aliquid inherens alicui, quod vere & ab-

solutè in chimera, per modum quantitatis aut qualitatis conficta, non reperitur; sicut nec esse per se, in chimera conficta per modum substantiae.

Suppono secundò tanquam fidei veritatem? Relations quæ in creaturis sunt accidentia inherenta subjecto, in Deo, ut sic loquaris, substantificari: Tum quia, cum Deus sit actus purus & immutabilis, est incapax omnis forma & accidentis: Tum etiam quia relations in Deo fundivinarum personarum constitutivæ, & (ut postea ostendemus) cum divina natura seu substantia realiter identificare: Tum denique, quia hoc exigit summa & incircumscripta divini esse immensitas & infinitas. Deus enim explicatur hac ultima ratio) est, ut docet Nazianzenus distinctione in natali Domini, tanquam infinitum quoddam essentiæ pelagus, πλαγος οντος: Videlicet autem hanc esse Oceani proprietatem, ut omnium fluviorum, rivulorum, & fontium aqua, in ipsum perenni cufu fluctue, in leipsum transformatem; Ita ut cum ejus vastissimum sinum debent, pereant omnium fluminum tituli, nomina, & qualitates, & una sit maris aqua. Similiter ergo omnia quæ in creaturis proprios & innatos habent defectus, ubi imminentum hoc Divinitatem Pelagus intrant, propriis statim liberata in perfectionibus, in unam & simplicissimam Dei manifestant naturam; ita ut, sicut docet Gregorius, apud Deum labientia stent, mutabili immutantur, & ipsa accidentia subsstant.

Suppono tertio tanquam de fide certum: Relations & essentiam in Deo non distingui realiter entitativè. Cojus contrarium docuile Gilbertum Porretanum, referunt D. Thomas h̄c art. 2. & infra quæst. 39. art. 1. D. Bonaventura in i. dist. 13. art. 1. & frequenter id censentem Theologi, contra Vazquem disp. 120. cap. v. & 2. afferentem Gilbertum solam distinctionem formalem inter relations & essentiam posuisse. Sententia tamen Gilberti damnata est in Concilio Rhemensi sub Eugenio III. ubi fuit definitum tres personas divinas esse unam entitatem Dei, & relations ipsas esse Deum, quod in sententia Gilberti verificari non potest. Et in Concilio Lateranensi definitur, in Divinis esse quaternitatem rerum: esset autem tertum quaternitas, si relations entitativè realiter ad essentiam differerent.

Porrò præterquam quod Gilberti sententia falsitas ex dicendis constabit, breviter hic ostenditur, & simul probatur nostra suppositione. Nam, quia in Divinis omnia sunt unum, nihil obstat relationis oppositio: At in relations & essentiam non intercedit relationis oppositio, cūm nec essentia ad relations, nec relations ad essentiam referantur: Ergo relations & essentia sunt unum entitativè.

Secundò, Ex opposita sententia sequitur evidenter, personas divinas simplices omnino non esse, sed compositas realiter ex essentia & relatione: Consequens est absurdum: Ergo scilicet Probatur sequela: Compositio est distinctionis unio: At in persona divina datur unio relations & essentiarum, realiter distinctarum: Ergo scilicet realis compositio.

Tertio, Relatio divina est ens realis, ut ostendetur, personas divinas simplices omnino non esse, sed compositas realiter ex essentia & relatione: Consequens est absurdum: Ergo scilicet Probatur sequela: Compositio est distinctionis unio: At in persona divina datur unio relations & essentiarum, realiter distinctarum: Ergo scilicet realis compositio.

distinguui. Unde Concilium Rhemensis contra Gilbertum definitens, sic ait art. 3. Credimus quod communio, sive relationes, sive proprietates, sive singularitatem, sive unitates dicantur, adesse Deo, quam ab eterno, & non sint Deus. Cui sententia Episcoporum (inquit D. Bernardus ferm. 80. in Cantico) Gilbertus humiliter acquiescens, tam hac, quam altera dignare reprehensione inventa, proprio ore damnavit.

Principium autem fundamentum quo duce-

batur Gilbertus, ad ponendam distinctionem

realis entitativam inter relations & essenti-

am, erat (utrefert Otto Friesenensis, de rebus

gallis Federici Imperatoris libro 1. cap. 56.) Ne

videlicet juxta Arium, sicut personarum, etiam plu-

ralitatem admitteret essentiarium; vel secundum Sa-

bellum, ad essentia singularitatem, etiam Christiana

religio pluralitatem perstringeret Personarum:

la Theodorei contra Sabellium utens autoritate:

Quoniam naturam & personam idem esse intelligit, in

indivisiu Ario incidet, aut in confusionem Sabellii,

et Hilarii: Non est idem natura quod res naturae.

Verum hoc fundamentum ruinatum est: Nam

ut docet D. Thomas huc art. 3. ad 1. & infra

quarto art. 1. possunt aliqua esse idem uni ter-

ius, tamen illo non multiplicato, plurificari,

proper oppositos respectus quos in suis pro-

priis rationibus important: ut patet in motu,

quo non multiplicato, plura sunt actiones & pas-

siones, quo cum illo identificantur. Et si propri-

ties entis oppositione relativae inter se gaude-

tur, sive divinae personae, possent multiplicar

realiter, ratione entis, in eis transcendentali-

ter inclusa, manente immultiplicata. Unde

licet admittatur identitas realis inter relations

divinas & essentiarias, non opus est propterea

cum Ario dividere essentiam, vel cum Sabel-

lio singularitatem redigere personas. Ut e-

nim eleganter ait Tertullianus contra Praxeum

cap. 8. Trinitas per consertos & connexos gradus a-

lute decurrens, & Monarchie nihil obstat, &

disputas farum protegit. Et D. Bernardus 5. de

conflict. cap. 8. Nym abducitur ab hac unitatis

positione, assertione trium: eum in hac Trinitatem non

magis multiplicatatem, sicut nec solitudinem in qua-

itate. Quamobrem cum dico unum, non meturbat

unitatis numerus, qui essentiam non multiplicat, non

partit, ne partit ut. Rursum cum dico tria, non me ar-

gutatus unitatis, quilla quecumque tria, seu illos

trahit confusione cogit, nec in singularitatem re-

diga. Et U. de verba Theodorei, quae Gilber-

tius in favorem suæ sententiae allegabat, intelli-

genda sunt de identitate tam secundum ratio-

nem, quam secundum rem, sive de identitate

virtuali, quam formalis. Si enim natura &

persona in Deo, ita essent unum, ut pluribus non

agniverent, & viruali non gaudenter distin-

ctione, non possent, indivisa manente essentiis,

multiplicari personæ; nec communicari essentia,

incommunicabilis manente relatione. Sed de

hoc infra redibit sermo, cum fundamenta Du-

randi & Scotti convellemus. In eodem sensu ait

Hilarius, non essident naturam, quod res naturae:

qui scilicet differunt virtualiter, & quoad mo-

dum significandi. Quo pacto D. Thomas quest.

2. de Potentia art. 2. ad 14. similia verba Augusti-

nista referenda, exponit.

His igitur suppositis: quod in dubium ver-

itum est, an licet relatio & essentia divina non

distinguuntur realiter entitativè tanquam duæ

res, distinguuntur tamen aliquà distinctione a-

Tom. II.

A actuali ante operationem intellectus. In quo tres reperio Theologorum sententias.

Prima est Durandi in 1. dist. 3. quest. 1. asse-

rentis relationes divinas distinguui ab essentia,

distinctione modali, hoc est, non tanquam rem

& rem, sed utrem & modum.

Secunda est Scotti in 1. dist. 2. quest. 7. & dist. 8.

quest. 4. & pluribus aliis in locis, in quibus inter

relations & essentiam ponit distinctionem quandam, quam vocat formalem, aut ex natura

rei, & quam dicit procedere intellectum omni modo:

de qua distinctione plura diximus in Tractatu

Attributis.

Tertia & vera sententia defendit, essentiam & relations nullo genere a actualis distinctionis ante operationem intellectus gaudere, sed realiter formaliter identificari cum illis, & solùm virtualiter & ratione ratiocinata ab illis distingui. Hanc tenent omnes Thomistæ, imò & omnes ferè Theologi, exceptis Scotti Discipulis, qui subtilis Magistri vestigis inhærentes, distinctionem formalem actualē, & præcedentem omnem mentis operationem, inter divinam es-

sentiam & relations ac attributa defendunt.

S. II.

Sententia Durandi rejicitur.

Dico primò: Inter relations & essentiam non datur distinctio realis modalis.

Probatur primò. Quia non minus ex sententia Durandi sequitur personam divinam esse realiter compositam, quam ex sententia Gilberti, supra impugnata. Sicut enim si esset distinctione entitativa inter essentiam & relations, resultaret ex illis compeditio realis entitativa in persona divina, ita etiam si distinguantur modaliter ab essentia, resultabit ex illis compeditio modalis, quæ lumina Dei simplicitati repugnat.

Respondet Durandus, negando sequelam Majoris. Quia (inquit) ex modo & re modifica-

ta non resultat compeditio realis: omnis enim realis compeditio est per hoc quod unum alteri inhæret, vel illud informeret; modus autem non inhæret rei cuius est modus, nec illud informat: unde si humanitas Christi dimitteretur à Verbo, haberet alium modum essendi, non tamen haberet aliam compositionem.

Sed contra primò: Compedio nihil est aliud quād distinctionem unius: Ergo si modus à re cuius est modus realiter distinguatur, & ex illis unius unum tertium resultet, voluntarie assertur non resultare compeditum.

Secundò: Ex hac response sequitur, Angelum esse omnino simplicem in linea substantię: Consequens est contra communem Theologorum consensum: Ergo &c. Probatur sequela: Angelus enim, iuxta hanc solutionem, non est compeditus ex natura & substantia, & alias est expers compositionis ex materia & forma: Ergo erit simplex omnino in linea substantia.

Tertiò rejicitur hæc solutio: Christus est Persona compedita ex substantia Verbi, & humana natura, ut docet D. Thomas 3. p. quest. 2. art. 4. quem communiter sequuntur Theologi, & consentit ipse Durandus in 3. dist. 3. quest. 3. & tamen nec natura humana inhæret substantia Verbi, neb substantia inhæret natura humana; cum ex utroque imperfectione maxima in Verbo inferatur, scilicet Verbi mutatio: Ergo quod personalitas divina sit modus naturæ non inhærens, non impedit quin

ex na-

Z. 2

ex natura & personalitate resultet realis compositionis, si semel asseratur realiter modaliter inter se distingui. Ad casum autem à Durando adductum, dicendum est, quod si humanitas à Verbo dimitteretur, componeret personam humanam, cum tamen antea non componeret personam creatam.

20 Probatur secundò conclusio: Nam ut supra arguebamus contra Gilbertum, in Concilio Lateranensi, ip capite *damnamus de summa Trinitate & fide catholica*, definitum fuit contra Abbatem Joachim, in Deo non esse quaternitatem rerum: Sed si relations realiter modaliter ab essentia differant, esset in Deo rerum quaternitas, scilicet tres relations, & divina essentia; unde Patres Concilii non aliam assignant rationem, cur in Divinis non sit quaternitas rerum, nisi quia personae identificatur cum divina essentia, dicunt enim: *Quaedam summæ res est Pater, Filius, Spiritus Sanctus, non quaternitas, quia qualibet Personarum essentia res: Ergo &c.*

21 Respondet Durandus, ibi non damnari qualibet quaternitatem, cum omnes Catholici admiraat quaternitatem relationum in Deo, sed solum quaternitatem personarum, quam Abbas Joachim ponebat in Deo, & imponebat Magistro Sententiæ: vel ad summum proscribi quaternitatem rerum, aut entitatum; & totum hoc salvare, admisit distinctiōne modali personalitatis à natura divina: quia relations divinæ non constituunt quatuor personas, sed tantum tres; & cum sint modi quidam incompleti, nec plures res, nec plures entitates dici possunt.

22 Ceterum quod primò in hac responsione asseritur: scilicet in hac definitione Concilii Lateranensis damnari tantum quaternitatem personarum, nullatenus sustineti potest. Tum quia constat, Abbatem Joachim hanc non imposuisse Magistro. Tum etiam, quia ex hoc sequitur, quod posset, salvā fide hujus definitionis, defendere quaternitas entitativa rerum; cum modo illa entitas à Personis distincta, persona non esset: Consequens est contra omnes Theologos, & exp̄re pugnat cum caufauit Concilii dicentes: *Quaedam summæ res est Pater, Filius, & Spir. S. non quaternitas: quia qualibet trium Personarum est illares, videlicet Substantia, Essentia, seu Natura Divina: Ergo &c.*

23 Contra id vero quod secundo loco dicitur: nempe relations divinas non esse res aut entitates, sed tantum modos incompletos, multipliciter arguitur. In primis enim esse modum incompletum, & non entitatem & rem, est maxima imperfæctio, & importat dependentiam quandam a re quam modifcat: Ergo non debet attribui Deo; & in hoc Durandus pejus videtur errasse, quam Gilbertus.

24 Secundò: Vel modus ille est creatus, vel in-creatus: Si creatus, non potest naturam divinam afficere & modificare, esset enim magna imperfæctio modificari & informari aliquo creato. Si est in-creatus, est actus purus: Ergo summa entitas: Ergo non est modus, qui est infinita entitas, & minor accidere, sed est substantia, qua est nobilior.

25 Tertiò: Si divina relations fiat modi, & non res, aut entitates, sequitur in Deo non esse Trinitatem rerum, seu entitatum, sed tantum modorum, & tres divinas personas modaliter tantum inter se distingui: Consequens est contra fidem: Ergo solutio data non consonat fidei. Sequela Majoris, quantum ad primam partem, manifesta-

A videtur: Nam in Deo res sunt tantum relationes personales: Ergo si illæ non sint res & conatus, sed tantum modi quidam incompleti, afficentes divinam essentiam, sequitur in Deo non esse Trinitatem rerum, seu entitatum, sed tantum modorum. Probatur vero quantum ad secundum. Non aliter distinguntur personæ inter se, quam personalitates ad invicem, cum distinctio personalium ex personalitatibus distinctione sumatur: Ergo si divina personalitatis modaliter soli inter se differant, sequitur divinas personas modaliter solū & non realiter inter se diffire.

Denique, Esto quod divina personalitas modus sit, vere tamen à parte rei existit. Ergo vel existentiā divinā, vel existentiā creatā, inter quas non datur medium? Secundū est hereticum: Ergo primum est dicendum: At non potest existere existentiā divinā realiter à se distinctā, alias non esset actus purus, sed in potentia ad illam: Ergo existentiā divinā ei realiter identificata; & consequenter essentia divina, quæ à sua existentiā est indistincta, debet cum relationibus realiter identificari.

Argumenta Durandi eadem ferè sunt ac fundamenta Scoti: unde §. 4. diluentur.

§. III. Impugnatur sententia Scotti.

C Dico secundò: Inter relations & essentiam divinam non est distinctio realis formalis, sive ex natura rei, ante intellectus operationem.

Probatur primò: Quæ sunt omnino idem, non distinguntur actu ante intellectus operationem; cum omnimoda identitas omnem relationem a triualem distinctionem excludat: At relations & essentia divina sunt idem omnino, ut constat ex Concilio Lateranensi sub Innocencio III, cap. *damnamus de summa Trinit.* ubi sicut beatut. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spir. S. non tamen aliud, sed id quod est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: IDEM OMNINO. Etia Augustino libro 7. de Trinit. cap. 6. ubi ait: *No aliud est Deus esse, aliud Personam esse, sed IDEM OMNINO:* Ergo nullà distinctione actuali anteriori operationem intellectus gaudere possunt.

Probatur secundò: Quæ distinguntur actu ante operationem intellectus, non differentiā ratione: At relationes soli ratione essentia differunt: Ergo non distinguntur formaliter, vel ex natura rei, ante operationem intellectus. Major pater, Minor probatur ex Concilio Florentino less. 8. in qua Joannes Latinus Theologus dixit: *Divina Substantia & Persona, rigenter sunt idem, secundum autem modum intellectus nostra differunt.* Quod statim Marcus, Gracchus Theologus concedit, & confirmavit Andreas, dicens less. 19. In commun., tum Gracchus, tum Latinorum Doctorum Theologie, multam distinctionem proferre divinam substantiam, vel Personam, & substantiam (hoc est substantiam, ut irritum explicat) haudquaquam tamen eō proferre possit, ut re differant, quandoquidem solā ratione actuali intelligentia differre creduntur. Ubi ne quis dicere, differre solā ratione, idem significare, ac differre ratione formalē à parte rei, ut Scotti Discipuli ponunt: consultò additum est, ac intelligend, vel secundum modum intellectus nostræ: ut intellectus per intellectum, & inter divinam essentiam, & personas seu relations.

Tertio probatur conclusio, evertendo praeceptum Scotis fundamentum, qui ex eo probat paternitatem distinguere ab essentia formaliter, quod essentia communicatur Filio, & non Paternitas: At heretico, vel probat entitativam utriusque distinctionem, vel non convincit formaliter: Erigeretur enim probat, vel nihil probat. Major patet, Minor probatur. Essentia communicatur entitativè Filio, & Paternitas entitativè negatur illo, & non solum formaliter; alias Pater & filius formaliter solum, & non entitativè distinguuntur: Ergo si ex hoc quod essentia divina communicatur Filio, & non Paternitas, aliqua realis distinctione colligitur, debet colligi nedum formaliter, sed etiam entitativè. Unde, ut supra vidimus, Gilbertus Porretanus eodem fundamento ductus, assertur relationes divinas realiter entitativè distinguere à divina essentia, eique sive solum affinitates, sive extrinsecus affixas.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: Communicari entitativè, & esse incommunicabile, possunt de eadem entitate affirmari, ratione infinitatis in entitate, ut omnes Catholici contra Gilbertum profitentur: Ergo communicari, & non communicari formaliter, possunt etiam de eadem formalitate verificari, propter infinitatem rationis formalis; & consequenter aeo quod essentia communicatur Filio, & non communicatur illi paternitas, male infert Scotus, inter essentiam & paternitatem distinctionem realem formaliter reperiri.

Denique probatur potest conclusio, & distinctione illa Scotica confutari, variis & efficacissimis rationibus, quibus in Tractatu de Attributis ostendimus, divina attributa, nec inter se, nec ab essentia divina, distinctione illa formaliter, seu exactuarere, ante operationem in intellectu distinguuntur. Rationes illas breviter & compendiosè dicuntur: quia fuscè & lato calamo eas loco citato prosecuti sumus, & ibidem Scotistam responsiones adduximus, & confutavimus: unde ex hoc loco petenda sunt quæ hæc desiderati possunt.

Prima ergo ratio sumitur ex divina simplicitate, quæ non minus videtur lädi ac violari distinctione illa formaliter Scoti, quam distinctione entitativæ Gilberti, & modali Durandi. Cum enim compositione nihil aliud sit quam distinctionem uno, sicut unio distinctorum entitativæ, facit compositionem entitativam; & unio distinctorum modaliter, compositionem modaliter: ita unio distinctorum realiter formaliter, sit compositione realis formalis.

Secunda ratio est, quia omnimoda simplicitas non minus distinctionem quam compositioni operatur: simplicitas enim est species unitatis, unitas autem in distinctione consistit: Ergo E omni modo simplicitas, est omnimoda unitas, & omni modo indistinctio.

Tertia ratio peritur ex infinitate Dei, Sicut enim entitas infinita petit identitatem entitativam, cum omnino quod in suo conceptu imperfectionem non dicit; ita infinitas formalis perit formaliter identitatem cum omni ratione, quæ in suo conceptu nullum defectum importat; & per consequens cum divinis relationibus & attributis, quæ in suo conceptu nullam dicunt imperfectionem. Unde egregie Cajetanus infra quest. 19. art. 1. §. Ad evidentiam horum: scit quod sic in Deo secundum rem, sive in ordine reali, est una non purè absolute, aut resultans ex utraque,

Tom. II.

A sed eminentissime & formaliter habens quod est respectivi, immo multarum rerum respectivarum, & quod est absolute: ita in ordine formaliter, seu rationum formalium secundum se, non quoad nos loquendo, est in Deo unica ratio formalis, non purè absolute, nec purè respectiva; non purè communicabilis, nec purè incomunicabilis, sed eminentissime ac formaliter continens & quidquid absolute perfectionis est, & quidquid Trinitas respectiva exigit. Oportet autem sic esse, quia oportet cuilibet simplicissima rei secundum se maximè uni, respondere unam ad quatam rationem formalem: alioquin non esset per se primò unum intelligibile à quovis intellectu. Et confirmatur, quia Verbum Dei unicum tantum est: constat enim verbum si perfectum est, adequare id cuius est. Fallimus autem (tubdit dominus ille Cardinalis) ab absolute & respectivis ad Deum procedendo, eo quod distinctionem inter absolute & respectivum, quasi priorem re divinam imaginatur; & consequenter illam sub altero membro oportere ponit credimus; & tamen est totum oppositum, quoniam res divina prior est ente, & omnibus differentiis eius; est enim super ens & super unum &c. Propterea quemadmodum virtutes inferiores, non ut dearticulata & distincte inter se, ad unam soli virtutem, etiam formaliter elevantur; multò magis absolutum & respectivum ad unam rem & rationem formalem divinam elevantur.

Quarta ratio. Id habet essentia divina, ratione 35 sua infinitatis, quod habet ens ratione sua transcendentia: Sed ens ratione sua transcendentia ita habet includi in suis proprietatibus & modis, seu rationibus contrahentibus; ut nec per intellectum quidem possit ab eis perfectè praescindi, sicut docent Philosophi in Metaphysica: Ergo & divina essentia, ratione sua infinitatis, tam intime clauditur in rationibus & attributis, ut ab illis nedum ullà distinctione realiter & actuali, sed necrationis quidem per modum excudentis & exclusi distinguere possit.

Denique, Omne subjectum à forma realiter distinctum, ad illam comparatur ut potentia ad actum, & perfectibile ad perfectivum: Ergo si essentia divina à relationibus & attributis realiter modaliter, aut formaliter distinguatur, esset ab illis perfectibilis & actuabilis, & ad illa se habaret, sicut potentia ad actum, & perfectibile ad perfectivum; quod rationi & perfectioni auctus purissimi repugnat.

Mitto rationes Philosophicas, quæ militant contra distinctionem illam Scoti, quam aliqui ex ejus Discipulis dicunt, nec reale esse, nec rationis, sed medianam inter utramque: quod certè monstrum est in Metaphysica. Cum enim omnis distinctione, non secundum unitas, sequatur entitatem; sicut nulla entitas singi potest media inter reale & rationis, ita nec ulla distinctione.

§. IV.

Durandi & Scoti fundamenta solvuntur.

Obijices primò: Augustinus 7. de Trinit. c. 37. 4. art. quod Deus non eo Deus est, quo Pater: Sed Deus est Deus Deitate, & Pater Paternitatem: Ergo Deitas non est Paternitas.

Respondeo cum D. Thoma qu. 8. de potentia art. 2. ad 14. quod quando Augustinus dicit Deum non eo esse Deum quo Patrem, intelligit, non eo, non quoad realitatem & entitatem, sed quoad modum significandi: quia Deus Paternitate significatur ut ad alterum se habens, Deitate vero, ut in se consistens. Et quod hic sit verus

Z 3 Augu-

Augustini sensus, patet ex eo quod ibidem cap. A
6. ait: *Cum dicimus Personam Patris, non aliud dicimus quam substantiam Patris.* Et ibidem afferit, quod non aliud est Deo esse, aliud Personam esse, sed idem omnino, ut supra retulimus: quod certe non diceret, si aliquam distinctionem realem inter divinam essentiam & paternitatem agnoscet.

38 Dices: Augustinus ibidem statuit hoc discrimen inter sapientiam divinam & paternitatem, quod Pater eo est Deus, quo est sapiens, non autem eo Deus est quo Pater: Sed hoc discrimen non potest subsistere, nisi paternitas realiter distinguitur ab essentia: Ergo distinctione aliqua realis inter essentiam & relationes ponenda est; cumque illa non possit esse entitative, ut de fide certum est, & supra contra Gilbertum ostendimus, debet esse modalis, ut afferit Durandus, vel saltem formalis, & ex natura rei, ut docent Scotus & ejus Discipuli. Major & Consequentia patient, Minor vero probatur. Sapientia virtualiter distinguitur a divina essentia: Ergo ut verum sit, Deus non est Deus eo quo Pater est, bene autem eo quo sapiens est, inter Paternitatem & Deitatem major quam virtualis est constituta distinctione, & per consequens realis modalis, vel formalis ex natura rei.

39 Respondeo concessa Majori, negando Minorum: ad enjus probationem, concedo Antecedens, & nego Consequentiam. Nam D. Augustinus ibi non loquitur de constitutivo Deitatis in ratione naturae, & prout ab attributis distinguuntur, sed de esse absoluto communis tribus Personis, sive attributali, sive per modum naturae. Sic autem loquendo de Deo, subsistit praedictum discrimen, quod statuit inter divinam sapientiam & paternitatem: nam quamvis utraq; virtualiter solum distinguatur a divina natura per modum naturae; prima tamen pertinet ad esse absolutum Divinitatis, ut tribus Personis commune, tanquam constitutive nullius, non in esse naturae, sed in aliquo esse absoluto & attributali, non tamen altera. Et sic verum est dicere, quod Pater eo est Deus quo est sapiens, non autem eo est Deus quo est Pater.

40 Objecies secundum: Duo praedicta contradictionia non possunt verificari de uno & eodem, absque distinctione actuali, scilicet opere intellectus: Sed duo praedicta contradictionia verificantur de essentia divina & relationibus: Ergo habent aliquam distinctionem aequalem, scilicet opere intellectus. Minor pater, quia de essentia verificantur quod sit communicabilis, de relationibus vero quod sint incommunicabiles. Major vero probatur: quia si duo praedicta contradictionia verificantur de uno & eodem, sine distinctione actuali, scilicet opere intellectus, verificantur simul idem realiter esse & non esse, quod est impossibile.

41 Huius argumento (quod est principium fundatum Adversariorum) omissis variis solutionibus, quas in Tractatu de attributis, loco supra citato, fuisse expendimus, breviter respondeo, negando Majorem. Sufficit enim distinctione virtualis, ut de aliqua re aen una, possint verificari extrema opposita contradictione, & consequentes ut non sint formaliter contradictionia respectu ipsius. Cum enim distinctione virtualis, quod hoc aquivaleat distinctioni actuali: sicut de duabus actualiter distinctis enunciantur duo extrema contradictione opposita (puta de

substantia in creatis, quod non sit ad aliud, & de relatione, quod ad aliud se habeat) ita sicutque res superior, ratione sua eminentia, identificari rationem substantiae & relationis, illigatur, quia aequaliter; duo extrema contradictione opposita debent de illa posse verificari, quatenus illa virtualiter pluram ratione sua eminentia. E sic cum Dei substantia, utpote eminentissima, comprehendat simul rationem essentiae & relationis, cum virtuali distinctione, debet simul illa verificari, quod sit communicabilis, & quod sit incommunicabilis.

Potestque haec doctrina duplice exemplo illustrari. Nam anima rationalis, simpliciter sua entitate, aquivalet formis plantarum in virtute vegetandi, & formis brutorum in virtute sentiendi, & aliquatenus Angelis in virtute intelligendi; verumque est de illa dicere, virtutem intelligendi illi convenire, quia mens est, id est quatenus aquivalet Angelis, & non convenire illi qua anima est; summo nomen anima pro eadem, quatenus vegetans & sentiens est. Item licet in re sit eadem potentia volendi, quae est principium liberum, & principium operantis per modum naturae, sicut etiam secundum priorem considerationem vocetur libertas, & secundum posteriorem vocetur natura, tunc de eadem est verum dicere: libertas eligit, natura non eligit; libertas peccat, natura non peccat, & similia. Cur ergo similiter simplicissima Dei entitas, ratione infinitae amplitudinis & eminentiae quae gaudet, & quia aquivalet absoluto & respectivo non aquae, poterit secundum diversas aquivalentias diversa, & contraria praedicatae superesse; ac de illa verificari, quod sit communicabilis secundum quod aquivalet absoluto, & incommunicabilis prout aquivalet relationis & personalitatis. Unde ad probationem in contrarium dicendum est, quod de eodem formaliter non potest simul verificari esse & non esse; bene autem de eodem materialiter, & secundum diversas rationes & formalitates, seu aquivalentias, ut pacet in exemplis adductis.

Quare in hac materia, ab affirmativa de predicato infinito, non valet consequentia ad negativam; ut si dicas: *Substantia divina est non communicabilis.* Ergo non est communicabilis, quia rite committitur aliquis defectus, & arguitur a termino non distributo ad distributum. Perleget hae fallacia hoc exemplo apertissimo declarari. Si quisita argueret: *In Garumna sunt non pisces.* ergo in Garumna non sunt pisces: non valeret consequentia, quia negatio infinitanter sumpta antecedenti non distribuit pro omnibus que sunt in Garumna, bene tamen in consequenti. Unde in antecedenti facit hunc sensum: est aliquid in Garumna quod non est pisces; & in consequenti significat nihil esse in Garumna, quod sit pisces. Ideo defectus committitur in proprio. Nam cum dicitur: formalitas divine substantiae est non communicabilis, negatio infinitanter sumpta non distribuit essentiam seu entitatem divinam, quod omnia que includit, vel quibus aquivalet; alias propostio esset falsa. Cum vero dicitur, quod eadem formalitas rite est communicabilis; negatio sumpta negantur, distribuit substantiam, quod omnem suam formalitatem, & facit hunc sensum, quod substantiae divinae formalitas, secundum nullam suam rationem est communicabilis.

Ex his solutum maneat aliquid argumentum, em-
ponit.

potissimum confidunt Adversarii, & quod etiam est unum ex principiis Durandi & Scotti fundamentalium. Illa enim (inquit) distinguntur distinctione aliquâ actuali ante operationem intellectus, quorum unum realiter, & independenter ab omni operatione intellectus communicatur, alio non communicatur: Sed essentia divina realiter, & independenter ab omni operatione intellectus, communicatur Filio per æternam generationem, non vero paternitas; ut enim dicitur in Concilio Florentino in litteris sanctorum unionis, *Omnia que Patris sunt, ipse Pater unigenitus Filius suo gignendo dedit, prater esse Patrem: Ex operantia divina & paternitas distinguuntur distinctione aliquâ actuali, sicut modali, vel ex natura rei, ante operationem intellectus.*

Sed (præterquam quod hoc argumentum probat) non solum modalem aut formalem, sed etiam entitativam distinctionem inter essentiam divinam & paternitatem, cum essentia divina entitativè communicetur Filio, & paternitativè negetur de illo, & non solum formali, sed etiam formaliter solùm, & alias Pater & Filius formaliter solùm, & non entitativè distinguenter, ut supra argiebamus) solutio pater ex jam dictis. Sicut enim distinctionis rationis, fundata in eminentia sufficiunt illa possint verificari prædicta contradictioni, ita eadem distinctionis rationis sufficiunt, utre ipsa Pater Filio communicet divinam essentiam, non vero paternitatem. Ita expellit docet D. Thomas quæst. 7. de potentia. ad 5. his verbis: *Dicendum quod de eo quod est diversus, & differens ratione, nihil prohibet contradictioni versari, ut docet Philosophus 3. phys. Sicut tamen quod idem punctum re, differens ratione, est principium & finis, & secundum quod est principium non est finis, & est contrario. Vnde cum essentia & proprietas idem re, & differant ratione, nihil prohibet, quoniam sit communicabile, & aliud incommunicabile. Idem docet in hac parte quæst. 39. art. 1. ad. 2. Ratio autem hujus doctrinæ est, quia licet distinctionis rationis non sit à parte rei, ejus tamen fundamentum (eminentia scilicet, seu virtus) divinae entitatis & substantiae multipliciter à parte rei repetitur, & præcedit omnem intellectus operationem. Pluralitas autem virtualis in Deo idem præstare potest, quod formaliter in rebus creatis: sicut in Solis, quia est calor virtualiter, totum id præstat, quod facit calor formalis. Cum ergo in rebus creatis multiplicitas formalis faciat quod unum communicetur, altero non communicatur, idem præstare potest in Deo multiplicitas virtualis, seu infinita divina substantia & entitatis eminentia, ratione cuius absolute & reflexivo, & per consequens entitati communicabili & incommunicabili perfectè & equivalent.*

Hæc doctrina & responsio variis exemplis illustrari potest. Nam, ut supra dicebamus, sola eminentialis distinctione inter intellectuionem & naturam divinam, sufficit ut à visione beatifica participetur formaliter divina intellectio, non autem natura; & è contra à gratia habituali participantur formaliter natura, & non intellectio. Item sola eminentialis distinctione inter essentiam divinam, sub conceptu speciei & formæ intelligentibiles, & sub conceptu naturæ, sufficit ut unius membrorum formaliter sub conceptu speciei, & in esse intelligibili, non autem sub conceptu naturæ, & in esse entitativo. Denique

ad hanc distinctionem, idem præstare potest. Nam, ut supra dicebamus, sola eminentialis distinctione inter intellectuionem & naturam divinam, sufficit ut à causa & quivoca procedit prædictus effectus. Hanc doctrinam bene notandum esse monet Cajetanus in omnibus materiis, ubi de causa distinctionis secundum rationem ex parte rei à Scottis & aliis molestatur: *hoc enim uno (inquit) omnium ora obfrues.*

A eadem eminentialis continentia ac' distinctio facit, ut anima rationalis non eodem modo se communicet omnibus partibus corporis humani, & ut aliquas informet solum secundum gradum vegetativum, alias secundum gradum sensitivum, & in aliis opera vita rationalis exerceat. Cur ergo eadem eminentia non poterit idei præstare in Deo, in operationibus ad intra, & facere quod Pater per æternam generationem communicet suam essentiam Filio, non communicando illi paternitatem? Unde haec & similes objectiones procedunt ex eo quod non consideramus, quod illa præstantissima ratio divina est supra omne ens, & ejus divisionem; subindeque supra omne communicabile & incommunicabile; que sunt divisiones entis limitati & finiti; & ita absq; ulla sui limitatione & distinctione, eminenter utrumq; munus præstat & relativi & absoluti; & secundum quod præstat munus relativi, est incommunicabilis; secundum vero quod præstat munus absoluti, est communicabilis: quare haec divina ratio communicatur Filio, quoad absoluta, & non quoad relativa.

Contra hanc solutionem & doctrinam instat 46 Aureolus apud Capreolum in 2. dist. 1. quæst. 3. Effectus in actu habet causam in actu: Sed quod non sint contradictionia communicabile & incommunicabile, distinguui & non distinguui, est effectus in actu ante omnem actionem intellectus: Ergo habet causam in actu; sed causa ejus est distinctionis: Ergo est ibi distinctionis ante omnem actionem intellectus. Nec sufficit respondere, quod ibi est distinctionis fundamentaliter: sic enim causa non efficit in actu, & tamen effectus efficit in actu, contra Philosophum 5. Metaph. & 2. Physicorum.

Ad hanc instantiam acutissimè respondet 47 Cajetanus infra quæst. 39. art. 1. concedendo quidem, hunc effectum, scilicet quod non sint contradictionia seu incompossibilia communicabile & incommunicabile, habere causam in actu in Divinis, quæ non est alia nisi distinctionis; sed tamen non oportet ut sit distinctionis actualis in actu, sed satis est distinctionis virtualis in actu: effectus enim in actu, non necessariò requirit rationem causam in actu, quæ determinat sit causa univoca, sive formaliter continens effectum, sed requirit causam tantum in actu sufficientem, sive ea univoca sit, sive equivoca; ut patet in calore actu producendo, qui non solum potest esse a igne, qui est actu calidus formaliter, sed etiam à Sole, qui est tantummodo eminenter, sive virtualiter calidus. Ita in proposito, quod affirmatio & negatio non repugnant, potest provenire vel ex causa univoca in actu, quæ erit distinctionis actualis in actuorum, de quibus affirmatio & negatio dicuntur; vel ex causa sufficienti quidem, & in actu, sed equivoca. Et hujusmodi est distinctionis virtualis, quæ actu repetitur inter essentiam & relationem, à qua tanquam à causa & quivoca procedit prædictus effectus. Hanc doctrinam bene notandum esse monet Cajetanus in omnibus materiis, ubi de causa distinctionis secundum rationem ex parte rei à Scottis & aliis molestatur: *hoc enim uno (inquit) omnium ora obfrues.*

ARTICULUS II.

An essentia divina sit de conceptu formalis & quidditativo relationum, & e converso?

§. I.

Quibusdam praemissis referuntur sententiae, & prima conclusio statuitur.

Notandum primò, aliqua posse inter se realiter formaliter identificari, & tamen unum non esse de conceptu quidditativo alterius: ut patet in homine, in quo singularitas realiter formaliter à gradu specifico & generico non distinguitur, ut suppono ex metaphysica, & tamen non est de conceptu quidditativo speciei, sed se habet ut accidens logicum vel metaphysicum respectu illius. Item rationalitas est identificata realiter formaliter cum animalitate, & tamen nemo dicit esse de quidditativo illius, alias non posset à rationalitate praescindi; sicut ens à suis modis seu differentiis praescindit non est. Quamvis ergo divinae relationes realiter formaliter identificantur cum essentia, ut contra Scotum articulo precedenti ostendimus: adhuc restat dubium, an essentia sit de conceptu quidditativo relationum, & relationes de conceptu essentiae: Pro cuius resolutione.

Notandum secundò, essentiam divinam duplè posse concipi: uno modo, conceptu quasi transcendentali, prout præcisè dicit rationem entis increati, & actus puri, quæ in omnibus perfectionibus divinis transcendentaliter includitur; sicut ens creatum transcendentaliter se habet ad substantiam & accidens, & ad omnes perfectiones creatas; alio modo, prout reduplicativè significat rationem divinæ naturæ, & quatenus est eminenti quodam modo radix divinarum operationum & attributorum.

Notandum tertio, duobus modis aliquid ad essentiam seu quidditatem alterius posse pertinere: primò ut ejus constitutivum, seu differentiam essentiale, quo pacto rationalitas ad essentiam hominis pertinet: secundò ut modum aut terminum intrinsecum, à quo petit essentia liter modificari aut terminari; sicut modi essendi per se & in alio se habent respectu entis. His præmissis.

Circa propositam difficultatem tres sunt celebres sententiae. Prima docet, nec essentiam esse de conceptu quidditativo relationum, nec relationes de conceptu quidditativo essentiae. Ita Molina disp. 6. concl. 4. Vazquez disp. 12. cap. 2. Alarcon Tract. 5. disp. 2. cap. 12.

Secunda existimat essentiam quidem esse de conceptu formalis relationum, sed relationes non esse de conceptu essentiae. Hanc defendunt ex Thoinistis Ferrarensis, Zumel, & Gonzalez; & ex Patribus Societatis Suarez, Granado, & Arrubal.

Tertia deniq; quæ communior est in Schola D. Thomæ, asserit essentiam esse de conceptu relationis, & relationes de conceptu essentiae. Non tamen ab omnibus eodem modo defenditur hæc sententia. Quidam enim distinguunt essentiam divinam per modum transcendentis, & per modum naturæ: priori modo asserunt esse de quidditate relationis, & e converso relationes de conceptu quidditativo essentiae, secundis autem in posteriori receptione. Alii hujus distinctionis non fa-

A ciunt mentionem. Alii denique exprefſe amant essentiam divinā sub utraq; ratione de quidditate essentiae. Pro explicacione veritatis, Dico primo: Ratio entis divini est de quidditate divinarum relationum.

Probatur primò ex Divo Thoma infra quæ, 33. art. 3. ad 1. ubi de communib; & essentialib; bus loquens, ait: Illa includuntur in intellectu priorum: in intellectu enim Persona Patris intelligitur Deus. Ex quibus verbis hoc argumentum conficio. Essentia divina, ut habet rationē transcedentis increati, includitur essentialiter in persona divina: Ergo & in divina personalitate. Consequentia probatur: Tum quia in Divina nihil dicit concretum quodam rem, quod non dicat etiam abstractum, licet differant quodam modum significandi; unde D. Thomas hic & quæc. 8. de potentia art. 2. eodem modo philosophat de concretis & de abstractis. Tum eriam quicunque totum quod est de formalis conceptione Dei, est etiam de conceptu formalis Deitatis; ita de totum quod est de conceptu formalis Patris, etiam de conceptu formalis paternitatis.

Probatur secundò conclusio ex eodem S. D. Etore h̄c art. 2. & infra quæst. 39. art. 1. ubi docet, quod sicut se habet esse inhaerens & accidentale respectu relationis creatæ, ita se habet esse substantiale divinum, respectu relationis in creatæ ac divinæ: Sed esse inhaerens & accidentale est de conceptu formalis relationis creatæ, ut docetur in Logica: Ergo esse substantiale divinum, seu ratio substantiae divinae & increatae, et de conceptu formalis relationis divinae.

Terriò siudetur eadem veritas: Si divinae relationes non includerent in suo conceptu rationem entis divini, non includerentur in conceptu illius & consequenter isti conceptus distinguuntur cum mutua exclusione: Sed hoc est impossibile: Ergo &c. Major ab Adversariis nihil conceditur. Minor autem, quam negant, sic probatur. Ex conceptibus mutuo se excludentibus non potest non resultare compositio faltem rationis: At hac cum simplicitate divinarum proportionarum nequit subsistere. Ergo &c.

Respondebis, quod licet divina simplicitas excludat realem aut formalem compositionem, imò compositionem metaphysicam ex generis differentia; non tamen excludit omnem compositionem virtuali, aut rationis, quæ ex genere & differentia non fit.

Sed contra: Nou minoris imperfectionis est compositio rationis ex forma sive modo, & subiecto, quam ex genere & differentia; cum intraq; aliquid potentialitatis admiserit nec satum; non enim minus comparatur in potentia subjectum ad formam, quam genus ad differentiam: At compositio admissa, est ad minus formam sive modo, & subiecto: Ergo non minus relegari debet à Deo, quam compositio ex genere & differentia.

Addo quod, datâ inter formalitates divinas mutuâ conceptuum exclusione, per bonam consequentiam inferitur possibilis compositio metaphysica ex genere & differentia: Ergo si haec legatur à Deo, non minus removēri debet distinctione conceptuum, cum mutua exclusione objectiva. Probatur Antecedens: nam eo ipso quod sit possibilis mutua exclusio conceptuum, poterit conceptus aliquis non communis, à particularibus omnibus praescitus; v.g. ratio communis persona, à tribus personis omnino praesciens;

Aqui admissa communitate illa cum praecisio-
ne omnimoda ponitur univocatio, cum in rati-
onem conceptu nullam actum importet tur diversitas; &
univocatione admissa, conceptus ille commu-
nitatis genericus erit: Ergo admissa mutua exclu-
sione objectiva conceptuum, per bonam conse-
quentiam infertur possibilis compositio meta-
physica ex genere & differentia.

Denique probatur conclusio ratione, quā
artur S. Bernardus contra Gilbertum serm. 80.
in Cantica, ubi sic ait: Recedant novellae non Dia-
liti, sed Heretici, qui magnitudinem quā megnus
est new, & item honestatem quā bonus, sed & sa-
pientiam quā sapiens, & iustitiam quā iustus, postrē
ad Dominitatem quā Deus est; Deum non esse im-
possibile disputant. Sed si Deus non est, quid est? Eo-
dem modo nobis licet arguere: Cū enim
poterimus, ut distinguitur virtualiter à natura
divina, si essentialiter ens, & non sit creatum,
patet; si non est essentialiter ens divinum &
increatum, quid essentialiter est? cū inter ens
de & ab alio, & inter creatum ac increatum, ni-
hil possit signari medium.

Respondet Vazquez ubi supra: quod licet
inter esse ens a se, & ab alio, inter creatum &
increatum, in re non detur medium, facta tamen
aliqua reduplicatio, vel addito aliquo mo-
do, potest medium assignari. Sicut inter esse
album & non album, in re medium non datur, si
tamen reduplicatio fiat de homine ut discursio-
nem pati, nec albus, nec non albus est. Ita
panet; inter hoc quod est relationem à parte
rei esse ens creatum, vel increatum, non datur
medium, unde relatio divina à parte rei ens in-
creatum est: reduplicando tamen supra relationem
de & ab alio, virtualiter ab essentiali distinctam; nec
essentialiter ens creatum, nec increatum; sed
solum relatio.

Sed contra primò: Reduplicatio illa distinc-
tionis virtualis ab essentiali, non tollit quin es-
sentialiter predicetur de illa ratio entis ut sic;
aliqua divina relations sub tali reduplica-
tione essent purum nihil, aut merum ens ratio-
nis: Ergo nec tollit quod de illa essentialiter prae-
dicetur aliquod ex membris, per quā adaequatē
datur ens: Sed non ens creatum: Ergo ens di-
vinum & increatum. Minor sublimpta, & ultri-
us consequentia patent: prima autem proba-
bitur. Nam verificato ente ut sic, si nullum ex
membris dividentibus verificeatur, illa non adae-
quabitur rationem divisi, & consequenter divi-
na adequa non erit.

Contra secundò: De quo cumque affirmatur
& negatur ens divinum, affirmatur ens
creatum, non solum in re, sed quavis facta redu-
plicatione: Ergo pariter affirmato ente, & ne-
gato creato, & colligitur affirmatio entis di-
vinii, non solum in te, sed etiam sub quantumque
reduplicacione.

Addo quod exemplum adductum est omni-
to extra rem. Divisio enim hominis in album
& non album, non est essentialis, sed subjecti in
accidentia; unde cum accidentia subjecto non
competant, nisi ut existenti, & sint extra rei es-
sentialia, nec ratione essentiali cum reduplicatio-
ne subjecto convenientia; conseqvens sit quod
addito, ly essentialiter, vel reduplicata essentialia,
nec unum nec alterum extremum de subjecto
affirmetur, sed subjectum praescindat ab utroq;
extremo. In nostro autem casu divisio est essen-
tialis, & divisum cum illa reduplicacione con-

A veniens est essentialiter, ac proinde aliquod ex-
tremitum, sive unum ex membris dividentibus,
cum illa reduplicacione ei competere debet.

§. II.

Statuitur secunda conclusio.

Dico secundò: divina essentia, non solum sub
ratione entis increati, sed etiam sub ratione
naturae considerata, est de quidditate divina-
rum relationum. Hæc conclusio licet sit contra
alios recentiores Thomistas, afferentes natu-
ram divinam sub conceptu naturae non includi
intrinsecè & essentialiter in divinis relationi-
bus, manifeste tamen sequitur ex fundamentis
jam statutis; quæ vel nihil probant, vel hanc et-
iam conclusionem evidenter demonstrant.

In primis enim certum est, essentialiam divinam, 61;
nendum sub ratione entis increati, sed etiam sub
conceptu naturae consideratam, esse de essentia
& quidditate divinarum personarum. Sic ut e-
hem persona humana essentialiter includit natu-
ram humanam, cuius est individua substantia;
ita & persona divina naturam divinam essentia-
liter debet includere: Ergo divina essentia, sub
ratione naturae, est de essentia & conceptu for-
malis divinarum relationum & personalitatum:
Consequens patet ex supra dictis: nam, ut sup-
ra ex D. Thoma dicebamus, nihil dicit concre-
tum in Deo, quod non dicat etiam abstractum;
licet quantum ad modum significandi differant.
Unde sicut totum quod est de conceptu Dei, est
etiam de conceptu formalis Deitatis; ita omne
quod essentialiter importatur in conceptu divi-
narum personarum, includitur etiam in concep-
tu divinarum personalitatum, seu relationum:

Præterea, Si relatio in Deo non includeret in 62;
suo conceptu divinam essentiam, ut reduplica-
tivè habet rationem naturae, non clauderetur
etiam in conceptu ipsius essentiae, ut concedunt
illi Autores contra quos disputamus: At hæc
mutua exclusio repugnat simplicitati Dei: Ergo
&c. Probatur hæc Minor: quia eo ipso quod

Divina natura non claudat, nec claudatur in
conceptu paternitatis, etiam in potentia ad illam,
an quā ab illa determinabilis & actuabilis:
Ergo ex illa & paternitate resultabit compositio
rationis ex acto & potentia; quæ (ut supra
ostendimus) non minus pugnat cum simplici-
tate Dei, quam compositio ex genere & dif-
ferentia. Ut ergo hoc inconveniens vitetur, affe-
rendum est, essentialiam divinam, etiam sub for-
malitate naturae consideratam, esse de conceptu
quidditativo divinarum relationum, nec posse
ab illis perfectè abstrahi, sed implicitè sicut
in eis includi.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: 63;
Relatio divina non solum determinat seu mo-
dificat Deitatem sub ratione essentiae, vel enti-
tatis increata, sed etiam sub conceptu naturae,
& quatenus est radix divinarum operationum,
& actuum notionalium: Ergo si ex hoc quod
determinat Deitatem sub ratione essentiae, vel
entitatis increata, cum mutua exclusione con-
ceptum, sequitur compositio rationis ex essen-
tia & relatione; ex eo etiam quod determinat
Deitatem sub conceptu naturae, & detinat mutua
exclusio conceptum, infertur compositio ra-
tionis ex relatione & essentia per modum natu-
rae considerata.

Dices forte, quod ut nulla ex Deitate sub con- 64;
ceptu naturae, & ex paternitate, resultet com-
positio,

DISPUTATIO TERTIA

positio, suffici Deitatem sub conceptu entitatis
in creatae claudi in conceptu paternitatis.

Sed contra: Etsi ratio entis, transcendentaliter inclusa in substantia, transcendat differentias contrarias substantiae; quia tamen haec sub proprio conceptu non transcendent illas, facit cum eis compositionem metaphysicam: Ergo quid ratio entis divini & increati transcendentaliter imbibatur in Deitatem sub conceptu naturae, & claudatur essentialiter in conceptu paternitatis, non impedit quominus ex Deitate sub conceptu naturae, & ex paternitate illam terminante, resulat compositio rationis, si Deitas sub ratione naturae non sit de conceptu essentiali paternitatis.

65. Tertio probatur conclusio: Quidquid praedicatur de paternitate realiter, essentialiter praedicatur de illa: Sed essentia divina, ut habet rationem naturae, praedicatur realiter de paternitate: Ergo & essentialiter. Minor patet, Major autem probatur. Subiectum prædicationis est essentialiter in potentia ad id quod realiter de illo & non essentialiter praedicatur; sicut est etiam in potentia formalis ad id quod prædicatur de ipso entitativè & non formaliter: Sed paternitas divina ad nihil est in potentia essentialiter, quod de ipsa realiter prædicetur; alias actus purus non est: Ergo nihil prædicatur de divina paternitate realiter, quod essentialiter non prædicetur de illa.

Confirmatur: Quidquid prædicatur realiter de paternitate divina, debet prædicari de illa cum summa unitate possibili: At unitas identitatis essentialis major est, quam unitas solius identitatis realis, & alias est possibilis, ut ex argumentorum solutione constabit: Ergo &c.

66. Denique in favorem ejusdem conclusionis militat evidens testimonium D. Thomæ, defumptum ex primo ad Annibaldum dist. 33, quæst. unicâ art. 1, ad 4, quod ita procedebat. *De quocumque prædicatur essentia, prædicantur essentialia attributa: haec autem non prædicantur de proprietatibus; non enim dicitur quid paternitas sit apies, vel quid creer: Ergo proprietas non est essentia. Cui argumento sic respondet: Ad quartum dicendum, quid attributa essentialia possunt significari in abstracto, vel in concreto: sicut abstracto sic essentialiter prædicantur & de essentia & de proprietate in abstracto acceptis; dicimus enim quod essentia divina, vel etiam paternitas, est bonitas vel sapientia Dei. Ex quibus verbis evidenter probatur nostra conclusio. Nam argumentum quod fib: D. Thomas opposuerat, procedebat de divina essentia, nedium per modum essentiae, vel entitatis in creatæ, sed etiam per modum naturæ considerata: At de illa prout sic assertum prædicari essentialiter, si in abstracto lumen, de divinis relationibus: Ergo manifeste sentit divinam essentiam sub ratione naturæ esse de conceptu illarum essentialiter. Major in qua est difficultas, probatur. Argumentum procedebat de essentia, quatenus est radix attributorum: A de essentia, prout est attributorum radix, non est essentia per modum essentiae tantum, vel entitatis in creatæ, sed etiam per modum naturæ: Ergo &c. Probatur Major: Etenim major argumenti erat hæc: *De quocumque prædicatur essentia, prædicantur essentialia attributa; quam propositionem concessit D. Thomas: At hæc propositione solum est vera de essentia, ut est attributorum radix: Ergo argumentum procedebat de essentia ut radice attributorum.**

67. Confirmatur hic discursus, & amplius expli-

A catur. Nam de quo prædicantur essentialiter attributa in abstracto, prædicatur essentialiter natura divina per modum naturæ: Sed D. Thomas loco allegato aperte facetur prædicari essentia, litter attributa in abstracto de paternitate: Ergo de illa prædicatur essentialiter divina essentia sub conceptu naturæ. Probatur Major: Ambita divina, sive in concreto, sive in abstracto, radicantur in divina natura sub conceptu naturæ: Ergo non stat è prædicari de aliquo essentialiter, de quo non prædicetur natura divina sub conceptu naturæ.

Confirmatur amplius: non minorem difficultatem reperiunt Adversarii in eo quid attributum sapientia, ut habet rationem attributum, & ut virtualiter distinguitur ab essentia, sive de conceptu formalis, divinarum relationum, quia quod natura divina, ut habet rationem naturæ, & quatenus est radix attributorum, ad conceptum quidditativum illarum pertinet: Sed D. Thomas primum concessit, ut patet ex verbis eiusdem. Ergo & illi secundum debent concedi.

Ex dictis inferes primò, Deitatem sub ratione essentia consideratam, includi essentialiter in relationibus: Tum quia ratio essentia & natura identificantur in Deo sine virtuali discrimine, in Tractatu de attributis ostenditur: Tumquid iam rationes que id probant de Deitate sub conceptu naturæ, à fortiori id demonstrare de Deitate sub conceptu essentia.

C 68. Inferes secundò, Deitatem, sub conceptu essentia & naturæ, esse de quidditativo attributorum conceptu, quod multi concedunt qui respectu relationum id negant, constatque dem argumentis, quibus respectu relationes hujusmodi inclusionem ostendimus.

§. III.

Diluuntur argumenta Adversariorum.

C Ontra præcedentes conclusiones innipiuntur Adversarii celebre testimonium D. Thomæ, defumptum ex quæst. 8 de Potentiæ art. 2, ad 6, ubi ait: *Per se autem prædicatur alijs de aliquo, quod prædicatur de secundum propriam rationem; quod vero non secundum propriam rationem prædicatur, sed propter residuositatem, non tamen prædicatur per se. Cum ergo dicitur: essentia divina non est paternitas, non prædicatur paternitas de essentia divina, propter identitatem rationis, sed propter identitatem rei; & similiter nec essentia de paternitate, quia alia est ratio essentia & relationis. Ergo sensit D. Thomas, essentiam divinam non esse de ratione formalis relationum, nec de illis prædicari essentialiter, sed veluti accidentaliter. Unde ibidem subdit: Licit in Deo nullum sit accidentis, sive rationis, quodam similitudo accidentis, in quantum quod alii invicem prædicantur secundum accidentis, & difference rationis, sum unum subiecto.*

E Relpondeo primò Divum Thomam in hac parte quæst. 39, art. 6, ad 2, expresse assertere, quid tam ita propositione est per se: *Pater est Deus, quam ista, Deus est Pater.* Unde quod loco allegato dicit hanc propositionem: *Essentia divina est paternitas: non esse per se, intendit ipsum non esse per se, ex parte modi significandi, non autem ex parte rei significatur; sic enim illud se explicat in resp. ad 4, ubi ait: Relatum divina, licet significant id quod est divina ipsitatis, non tamen per modum essentie: quia non per*

modum inessentialis, sed per modum se habentis ad aliud, eam significant. Unde juxta D. Thomam, divine relationes, quantum ad modum significandi, se habent per modum accidentis, & praedicantur veluti accidentaliter de divina essentia, quavis ex parte rei significatae sint de conceptu ejus quidditativo, & de illa praedicentur essentialiter, ut §. sequenti ex eodem S. Doctore ostendemus.

Secundò responderi potest, D. Thomam, nomine prædicationis per se, & secundùm propriam rationem, intelligere id quod prædicatur de aliquo, tanquam expressum ejus constitutivum: docentem modo, nec paternitas de essentia, nec essentia de paternitate prædicatur; paternitas enim non est expressum constitutivum naturæ divine, nec essentia est expressum constitutivum paternitatis; sed quid implicitè inclusum nullum, ratione summa actualitatis. Non autem negat D. Thomas, essentiam per se formaliter de paternitate enuntiari, tanquam prædicatum transcendentaliter in illa inclusum, immo potius id oeclocis suprà allegatis.

Objicit secundò Vazquez: Relationes divine, sicut per rationem, adveniunt divinae essentiae, & personas divinas constituunt: Sed non possunt per rationem advenire essentiae, nec personas divinas constituere, si divinam essentiam in suo conceptu includerent: Ergo essentiam ita conceptu non includunt. Major patet, Minor eriam quod primam partem videretur certa. Quod enim intelligitur advenire alteri, illud secundum rationem non includit; sicut quod alteri advenit realiter, non includit illud realiter. Probatur vero quantum ad secundam. Constitutivum non potest dicere totum quod est in re constituta: Atquis si relationes in se includerent divinam essentiam, dicerent totum quod pertinet divinae; illæ enim relationem tantum cum divina natura importat: Ergo non possunt personas divinas in ratione personæ constituere. Sicut si rationale in suo conceptu includeret essentialiter animal, non constitueret proprium hominem, sed potius esset ipse homo.

Respondeo concessa Majori, negando Minorem, quantum ad utramque partem. Ad probationem prime partis dicendum est, veram esse Majorem de eo quod advenit alteri, illudque determinat quod explicitum & implicitum; scilicet autem de eo quod solum advenit & determinat quod explicitum: ut patet in ente, cui secundum rationem adveniunt modi essendi per se, & in alio, illudq; per rationem determinant; & tamen ens est de conceptu modorum, quia modi secundum rationem solum explicitam concipiuntur entia advenire, illudq; per majorē solum expressionem determinare & contrahere. Unde quia relationes divinae, solum quantum ad rationem explicitam, concipiuntur essentiae advenire, illamq; per majorem solum expressionem determinare, hoc non impedit, quia divina essentia in eis implicitè includatur. Quare.

Ad probationem secundæ partis ejusdem Minoris, distinguo Majorem. Constitutivum non potest dicere totum quod est in re constituta, explicitè concedo: implicitè nego: nam modus effendi per se constituit ens in ratione substantiæ, & tamen rationem entis in suo conceptu implicitè includit. Item Deus dicitur propriæ Deitate constitutus, quavis Deitas, quantum ad rem significatam importat totum quod Deus. Cur ergo si-

Tom. II.

A militer, paternitas v.g. non poterit personam Patris constitutere, quamvis implicitè divinam essentiam includat, & consequenter implicitè dicat totum quod explicitè in persona Patris importatur?

Explicatur hoc magis. Duplex est genus constitutionis: una est per compositionem realem, vel rationis, qualis est constitutio physica hominis ex corpore & anima, & constitutio metaphysica ex animali & rationali: altera est per omnimodam simplicitatem, qualis est constitutio divinae naturæ & personæ. Quod primo modo constitutur, neque explicitè, neque implicitè potest totum includere, quod in re constituta reperitur: ut pater in exemplo adducto de constitutione hominis, nam neq; anima realiter includit corpus, neque rationale includit animal per rationem, sed illud à suo conceptu excludit. Quod vero secundò modo constituit (ut contingit in proposito) non debet quidem explicitè dicere totum quod est in re constituta, potest tamen implicitè illud in se includere: nam, ut dicebamus, Deitate constitutur Deus, tanquam formæ, & tamen Deitas, quantum ad rem significatam, importat totum quod Deus.

Tertiò arguunt Adversarii ex pluribus absurdis & inconvenientibus, quæ videntur sequi ex nostra sententia. In primis enim, si divina essentia de paternitate prædicetur essentialiter, de illa etiam prædicabitur essentialiter quod sit communicabilis tribus personis: Sed hoc repugnat, cum incommunicabilitas sit de ratione paternitatis: Ergo &c. Sequela Majoris probatur.

C De quo prædicatur essentialiter divina essentia, prædicatur etiam omne prædicatum illi essentialiter: Sed esse communicabilem tribus personis, est prædicatum essentialis divinae essentiae: Ergo si divina essentia de paternitate prædicetur essentialiter, de illa etiam prædicabitur essentialiter quod sit communicabilis tribus personis.

Secundò inferunt, si essentia divina in relationibus essentialiter includeretur, multiplicatis relationibus, illa realiter multiplicaretur: Sed hoc est contra fidem, & destruit mysterium Trinitatis: Ergo &c. Sequela probatur: Non alia ratione, multiplicatis realiter relationibus, multiplicatur entitas divina, nisi quia entitas divina transcendit relationes, & in illis essentialiter includitur: Ergo si divina essentia in relationibus essentialiter includatur, illasque transcendat, multiplicatis realiter relationibus, illa realiter multiplicabitur.

Tertiò sequeretur, inquit, produci essentiā 79 divinā, productā filiatione: quia nō alia ratione, productā filiatione, producitur ejus realitas, nisi quia est illi essentialis: Ergo si divina essentia sit essentialis filiationi, productā illa, producetur. Sed hoc est contra fidem.

E Quartò, Si divina essentia prædicetur essentialiter de filiatione, haec propositio erit vera. Filiatio est entitas improducta: At hoc est falsum, cum opposita propositio sit vera, scilicet, Filiatio est entitas producta: Ergo &c.

Denique inferunt, Si essentia divina includatur essentialiter in paternitate; sicut verum est dicere, quod Pater essentiā divinā intelligit, ita dici poterit, quod Pater paternitate intelligit: Sed hoc videtur absurdum: Ergo idem quod prius.

Respondeo negando hæc absurdā & inconvenientia sequi ex nostra sententia. Unde ad primum, nego sequelam Majoris: ad cujus probationem, distinguo Majorem: De quo prædicatur

Aa 2 essentia-

essentialiter divina essentia, prædicatur etiam omne prædicatum illi essentialie: vel absolute, vel cum addito, concedo Majorē: absolute semper, nego Majorem; & sub eadē distinctione Minoris, nego Consequentiam. Itaq; de paternitate non potest absolute & sine addito dici, quod sit communicabilis Filio, bene tamē cum addito, & cum specificatione essentiæ. Unde licet hæc propositio sit falsa: Paternitas est communicabilis Filiō. / hæc tamen est vera: Paternitas est essentia divina communicabilis Filiō. / Et certè Adversarii eadē difficultate premuntur, cūm fateantur hanc propositionem esse veram, Paternitas est realiter essentia divina: hanc autem falsam: Paternitas est realiter communicabilis Filiō. Sicur ergo, ut essentia divina prædicetur realiter de paternitate, necessarium non est quod communicabilitas prædicetur realiter absolute, sed solum cum addito & specificatione essentiæ, asserendo: Paternitas est essentia divina realiter communicabilis. Ita in nostra opinione est dicendum de prædicatione essentiali.

83 Dices: Intellectio, volitio, justitia, & misericordia, aliaq; divina attributa prædicantur absolute, de quocumque prædicatur essentia divina. Ergo pariter de paternitate absolute dici poterit, quod sit communicabilis tribus personis, si de illa prædicetur essentialiter divina natura.

Sed nego Consequentiam: quia prædicta quæ essentialiter affirmantur de essentia vel natura divina, sunt in duplo differentia: alia enim de illa affirmantur absq; reduplicatione superioritatis ejus, & virtualis distinctionis quæ à relationibus differt: alia vero prædicantur de illa, ut superior est ad personas, & reduplicata virtualis distinctione ab illis. Prædicata primi generis absolute prædicantur, de quocumq; absolute affirmatur essentia; unde absolute dicuntur de paternitate intellectio, volitio, &c. secùs autem prædicta posterioris conditionis. Cum ergo communicabilitas affirmetur de essentia, cum reduplicatione superioritatis realis, quam habet ad tres personas, & virtualis distinctionis ab illis, conseqens est, quod non affirmetur de quavis relatione absolute, sed cum addito & specificatione essentiæ.

Hoc explicari potest exemplo desumpto ex Philosophia. Nam essentiale est enti, quod sit specificatum nostri intellectus; & tamen quamvis ens absolute dicatur de rationalitate, non dicitur absolute de illa quod sit specificatum intellectus humani, sed cum addito & specificatione entitatis. Unde hæc propositio est falsa: Rationalitas specificat intellectum humanum: hæc autem vera: Rationalitas sub conceptu entitatis intellectum humanum specificat; & hoc non alia de causa, nisi quia specificatio convenit enti, non absolute, sed cum reduplicatione expressionis proprii conceptus, & distinctionis quæ gaudet à differentiis.

84 Ad secundum inconveniens, nego sequelam Majoris. Ad cuius probationem, concessio Antecedente, nego Consequentiam, & paritatem. Ratio discribens est, quia realitas divina transcedit relationes per modum prædicati communis communitate rationis, abstrahentis à relatione & absoluto: transcendentia autem divina essentiæ non est per communitatem rationis, sed realem; & ideo, relationibus multiplicatis, non debet divina essentia multiplicari realiter.

85 Ad tertium, nego eam sequelam: ad cuius

A probationem, distinguo Antecedens: Non a ratione, productâ filiatione, producitur qua realitas, nisi quia est illi essentialis: per modum prædicati communis communitate rationis, concedo Antecedens: Ex prædicacione prædicati essentialis, nego Antecedens, & Consequentiam. Essentialis enim divina est essentialis relationibus, ut communis, non communitate rationis, sed reali: unde sicut hæc ratione non multiplicatur realiter, ad realem multiplicationem relationum, ita nec producitur, illis produc-

Ad quartum admitto sequelam Majoris, & nego Minorem: non enim opponuntur illa, filiationem scilicet divinam esse entitatem in productam, & esse entitatem productam: quia unum convenient filiatione essentia, & alterum ratione expliciti quod dicit filiatione. Sicur hac de causa conceduntur ista propositiones: Tres divinae personæ sunt unares, & sunt in re: prima est vera ratione essentia quam Personæ implicant: secunda ratione relationum qui exprimunt, qui constabat ex infra dicendis.

Ad ultimum inconveniens nego sequelam. Licet enim intelligere, per quod natura divina constituitur, de paternitate essentialiter præcetetur, ista que propositio sit verissima: Paternitas divina est essentialiter intelligens, & ipsam intelligere: non potest tamen dici, quod Pater pertinetate intelligi: quia in hac propositione, duplicatur explicitus conceptus paternitatis, & distinctionis virtualis quæ ab essentia divina distinguitur; sicut supra dicebamus de hac propositione: Paternitas divina est communicabilis. Unde sicut hic syllogismus: Essentia divina est pluri communicabilis: Paternitas est essentia divina: Ergo Paternitas est pluribus communicabilis non vale, nec est propriæ expiatorius, quia medium est commune multis; ita nec iste: Pater in divinæ essentiæ: Paternitas est formaliter divina gloria: Ergo Pater paternitate intelligit. Si enim iste expiatorius, constat termino communis: statim non est expiatorius, sed in modo Dari, ut contendit Vazquez, oportet quod terminus diuidi sit plenè distributus in Majori: quo plus, Major est falsa: quia sensus ejus est, quod Pater tanquam ratione formalis intelligit omni coquid identificatur cum essentia, quod est fallum.

Obijcies quartò contra secundam conclusiōnem. Natura divina, sub formalitate naturæ, est radix divinorum attributorum: Sed non potest dici quod paternitas sit radix divinorum attributorum; attributa enim convenienter divina essentiæ, ut præintelligitur relationibus & personis: Ergo natura divina, sub formalitate naturæ, non potest de relationibus divinis essentialiter prædicari.

E Respondet concessa Majori, distinguendo Minorem: Non potest dici quod paternitas sit radix divinorum attributorum, absolute & sine addito, concedo Minorem: cum addito & specificatione naturæ, nego Minorem, & Consequentiam. Solutio patet ex supra dictissimam modum philosophandum est de hac propositione: Paternitas est radix attributorum, ac de illis: Paternitas est communicabilis Filiō. Unde licet de paternitate non potest absolute & sine addito dici, quod sit communicabilis Filio, bene tamē cum addito & specificatione essentiæ, ut cum dicitur: Paternitas est essentia divina communicabilis Filiō. Ita pariter non potest absolute & sine addito de paternitate enunciari, quod sit radix divinorum attributorum.

attributorum, benè tamen cum addito & speci- A
ficacione naturæ divinæ, dico: Paternitas
est natura divina, quæ est radix divinorum attri-
butorum.

Objicunt ultimò quidam Recentiores Thom-
maista contra eandem conclusionem. Si essentia
divina, sub formalitate naturæ, in relationibus
essentialiter includeretur, deberet ab illis con-
trahi & determinari: Sed essentia divina, sub
formalitate nature, non potest à relationibus
divinis contrahi & determinari; quia sub hoc
conceptu & formalitate consideratur ut ultimò
contracta ac determinata in propria linea, ac
proinde ut non ulterius contrahibilis per alias
lineas: Ergo essentia divina, sub conceptu &
formalitate nature, non potest in relationibus
divinis essentialiter includi.

Respondeo distinguendo Majorem. Deberet
ab illis contrahi & determinari, determinatione
propriæ & rigorosæ, sicut genus contrahitur per
differentiam, nego Majorem: determinatione
impropria, qua sit per modum majoris expre-
sionis, sicut minus explicitum determinatur per
magis explicitum, concedo Majorem; & sub
eadem distinctione Minoris, nego Consequen-
tium. Pater hæc responsio ex dictis in solutione
ad secundum argumentum. Sicut enim ut essen-
tia divina, sub ratione entitatis increatae, in di-
visis relationibus essentialiter includatur, non
requirrit quod ab illis propriæ & rigorosæ de-
terminatione contrahatur, sed sufficit quod di-
versæ relationes magis explicitent aliquam forma-
litatem, quæ in illa implicitè tantum continetur:
ita est, ut eadem, ut eadem essentia, sub for-
malitate naturæ, in paternitate includatur, non
poterit quod ab illa propriæ determinetur, sed
ita est, quod per paternitatem magis explic-
eatur aliqua formalitas relativa quæ in conceptu
naturæ divina implicitè continetur.

Negue valet, si dicas paritatem non tenere: quia essentia divina, sub ratione entitatis increatae consideratur, se habet per modum transcendentiæ, sicut autem si consideretur sub conceptu & formalitate naturæ. Hoc, inquam, non obstat: quia quod habet ens increatum, ratione suæ transcedentiæ, id habet essentia divina sub for-
malitate naturæ, propter summam puritatem & actualitatem quæ gaudet, ratione cuius non
poterit esse, nec conceptum in potentia ad aliquam
formalitatem absolutam vel relativam, sed illud
dicitur in suo conceptu sicut implicitè inclu-
dere aliquid, ut supra dicebamus, exillis dua-
bus formalitatibus aut conceptibus fieret compo-
sitionis in Deo, quæ divinæ simplicitati
non minùs repugnat, quam compositiones ge-
nere & differentia.

Advertendum tamen est, quod licet essentia
divina, sub conceptu & formalitate naturæ, in
divinis relationibus essentialiter includatur, ta-
men in illis inclusa, amittit expressionem es-
sentie & naturæ, & per modum relationis ex-
primitur: Quod si solum hoc velint, qui negant
naturam sub conceptu naturæ claudi in conce-
ptionem, quia scilicet per talem inclu-
sionem expressionem illam amittit, libenter eis
afflentur. Carterum in hoc nullum discrimen
inter essentiam divinam sub ratione entitatis in-
creatae, & sub formalitate naturæ, reperio: nam
enam ratio entis in creati in paternitate inclusa,
propriam expressionem entitatis amittit, &
per modum relationis exprimitur.

Tom. II.

§. I.

Altera difficultas resolvitur.

Dico tertio, relationes esse de conceptu es-
sentiali Divinitatis.

Probatur primò ex D. Thoma infra quest. 39.
art. 6. ad 2. ubi docet hanc propositionem: Deus
est Pater: non minùs esse per se, quam istam: Pa-
ter est Deus. Unde cùm hæc posterior sit per se
primo modo, quia prædicatum est de essentia
subjecti, ut jam ostendimus, idem dicendum est
de priori.

Addo quod idem S. Doctor questione præ-
cedenti art. 2. ad 3. ait: In ipsa perfectione divini es-
se continetur & Verbum intelligibiliter procedens, &
principium Verbi &c. Unde Cajetanus ibidem &
3. parte quest. 2. art. 2. ad 5. & quest. 3. art. 3. asser-
rit quod si Deitas pro meritis definiretur, in-
cluderet in sua ratione formalis non solum quid
est sapientia, justitia, misericordia, & reliquo-
rum attributorum, sed etiam quid est paternita-
tis, filiationis, & spirationis.

Eadem veritas ex fundamentis supra statutis
facile potest tuaderi: Ut enim §. 1. & 2. ostendi-
mus, & patet Authores secundæ sententiae,
cum quibus in præsenti disputamus: Essentia di-
vina includitur essentialiter in conceptu rela-
tionum: Ergo & relationes in conceptu essen-
tiae. Probatur hæc Consequentia: quia impossi-
bile est duos conceptus objectivos ita inter se
comparari, ut unus essentialiter includatur in
altro, & aliis pariter non includatur in ipso. Un-
de quia ens per rationem includitur in omnibus
differentiis, à nulla potest per rationem perfectè
separari ut communiter docetur à nostris Thomistis,
in Anteprædicamentis, & in Metaphysica.
Ratio autem hujus doctrinae est, quia abstractio
seu præcisio est motus quidam leperativus: ter-
minus autem ad quem separationis non potest
in termino à quo separationis reperiri: Ergo eo
ipso quod unum in alio essentialiter contine-
tur, illud in quo includitur, per rationem ab eo
separari aut præscindi non potest.

Confirmatur: Id præstat perfecta præcisio per
conceptus, quod realiter facit realis separatio: sed
impossibile est quod unū sit realiter perfectè se-
paratum ab altero, nisi etiam alterū sit perfectè
separatum ab illo: Ergo etiam repugnat duos
conceptus objectivos ita se habere, ut unus per-
fectè per rationem abstrahat ab alio, & aliis non
sit pariter per rationem perfectè præcisus ab illo.

Dices: Animal perfectè abstrahit ab homine
& equo, & tamen homo & equus non possunt
concipi sine animali: Ergo duo conceptus ob-
jectivi non possunt inter se comparari, ut unus es-
sentialiter includatur in alio, quamvis iste pariter
non includatur in illo.

Sed facilè responderetur, negando Antecedens:
genus enim non abstrahit propriæ à speciebus,
ad quas ut totum potentiale comparatur, sed à
differentiis essentialibus, quæ se habent veluti
compartes, unā cum illo totum metaphysicum
componentes, ut docetur à nostris Thomistis in
Logica & Metaphysica.

Tertio principaliter probatur conclusio ex aliis 98
fundamentis supra statutis: Essentia divina est re-
aliter formaliter paternitas: Ergo est paternitas
essentialiter. Antecedens constat ex dictis contra
Scotii articulo præcedenti. Consequentia autem
probatur primò: Ideo essentia divina est paternitas
per identitatem formalem, quia formalitas

DISPUTATIO TERTIA.

essentia est infinita in ratione formalitatis : At etiam infinita est in ratione essentiae. Ergo est paternitas per identitatem essentialis.

Secundò probatur eadem consequentia : Ideò primum conceditur, quia alias formalitas Divinitatis est in potentia ad paternitatem formaliter, & ex utraq; resultaret in Patre compositionis formalis : Ergo eadem ratione, si Divinitas non est paternitas per identitatem essentialis, erit ad paternitatem in potentia essentialiter, & ex utraq; resultabit in Patre compositionis essentialis.

Tertiò probatur : Prædicatum competens realiter forma, non prout in potentia, sed ratione actualitatis, & prout in actu, non solum realiter, sed etiam essentialiter enuntiatur de illa : Atqui paternitas convenienter Divinitati realiter, non B prout in potentia, sed ratione summae actualitatis : Ergo non solum realiter, sed etiam essentialiter prædicatur de illa.

Quartò : Si semel admittatur, prædicatum aliquod realiter formaliter enuntiari de Deo, & non essentialiter, cur repugnabit Deitatem realiter formaliter de paternitate prædicari, & tamen non enuntiari de illa essentialiter ? Ergo si hoc secundum repugnat, ut fatentur Auctores contra quos disputamus in præsenti, primum etiam erit impossibile.

99 Deniq; omisis aliis rationibus, probatur conclusio ex alio fundamento supra exposito. Essentia divina, cum sit actus purissimus, identificat sibi relationes summam identitatem possibili, immo & imaginabili, dummodo ex illa nullum sequatur inconveniens : Sed identitas, essentialis, major est identitate solummodo reali formalis, & alias ex tali identitate essentia cum relationibus, nullum sequitur inconveniens : Ergo identificari alias, non solum reali formalis, sed etiam essentialis identitate. In Majori nulla est difficultas, illamque multi ex Adversariis assumunt, ad probandum Divinitatem de relationibus essentialiter prædicari. Minor etiam pro prima parte, probatione non indiget : pro secunda vero probatur primò. Si enim aliquid inconveniens ex tali identitate inferretur, maximè esset, quod cum omne quod de prædicato essentialiter dicitur, debeat etiam de subiecto essentialiter enuntiari, si filatio v.g. essentialiter conveniret essentiae, & essentia paternitati, fieret inde, ut filio essentialiter competere paternitatem, & haec esset vera propositionis : Paternitas est Filiatio essentialiter : Sed hoc inconveniens non sequitur : Ergo &c. Probatum Minor. Ex idemate formaliter reali filiationis cum essentia, & essentia cum paternitate, non sequitur paternitatem cum filiatione formaliter identificari, aut filiationem de paternitate enuntiari formaliter, eo quod cum idemate reali formaliter stet inter illa distinctio rationis : Atqui etiam cum identitate essentiali filiationis cum essentia, & essentia cum paternitate, stet inter illa distinctio rationis : Ergo ex idemate essentiali utriusq; relationis cum essentia, non sequitur inter relationes idemate aut prædicatio essentialis.

100 Explicatur hoc magis : Non minus lumine naturali notum est, quæcumq; identificantur cum tertio, identificari inter se, quam principium illud cui innituntur Adversarii : Quando quidam prædicatur de quopiam, quidquid prædicatur de predicato, prædicatur etiam de subiecto ; immo hoc secundum supra primum fundari debet : Sed primum non tenet, quando extrema identificata realiter cum tertio, ratione distinguuntur ab illo, ut do-

A cet D. Thomas hic art. 3. ad 1. vel quando non identificantur cum tertio adæquate; quare exidentitate reali relationum cum essentia non obstat colligere realiter eas identificari inter se : Ergo pariter secundum principium ad sui infallibilitatem exposcit, ut prædicatum de subiecto enuntiatur sine distinctione virtuali seu rationis ab ipso, vel prædicatione essentiali adæquate, & consequenter ex eo quod essentia de paternitate essentialiter prædicetur, & de essentia filii, non licet colligere filiationem de paternitate essentialiter dici, eo quod essentia virtualiter, & ratione à paternitate & filiatione distinguatur, & nulla existit adæquet essentiam.

Secundò probatur eadem Minor principalius. Quod dicunt ut proprietas de predicato, non minus debet ut proprietas de subiecto enunciari, quam quod essentialiter dicitur de predicato, debeat essentialiter dici de subiecto : Sed filatio v.g. prædicatur de Deo ut proprietas in sententia Adversariorum, absque eo quod de patre, cui convenienter essentialiter Deitas, ut proprietas prædicetur : Ergo etiam potest de essentia dici essentialiter, & tamen de Patre ut paternitate non essentialiter prædicari.

Tertiò probatur contra illos, qui nobiscum affirmant essentiam divinam essentialiter includi in relationibus. Illi enim faciunt filiationem produci, & tamen negant produci essentiam, etiam si essentia in paternitate essentialiter includatur : Ergo pariter, non obstante quod paternitas includatur in essentia essentialiter, potest communicari, proindeque stare potest essentia inclusio paternitatis in essentia, absque quod paternitas debeat prædicari de Filio, de quo essentialiter prædicatur essentia; cum prædicatio in communicatione fundetur.

Quod amplius confirmatur. Non minus communiter docetur at Concilio & Patribus, paternitatem esse Patri propriam, & non communem Filio, quam quod Deitas illi communicetur. Sed ad veritatem primi necessarium non est, quod donec prædicatur, essentialiter in paternitate includatur, sed Patre proprium, & Filio non communicatum : Ergo ad veritatem secundi necessarium non erit, quod omne prædicatum essentialiter in paternitate contentum, Filio communicetur.

Deniq; contra omnes Adversarios eadem minor principaliter suadetur. Illi enim faciunt ut essentiale esse divinæ naturæ, quod sit communicabile tribus Personis : Sed hoc prædicatur non enuntiatur essentialiter de Patre, hec enim propositionis est falsa : Pater est communicabilis tribus Personis : Ergo ex eo quod filatio v.g. essentialiter prædicetur de essentia, & hac de Patre etiam essentialiter, non sequitur debere enuntiari de illo filiationem.

Dico ultimò, Relationes divinas non esse de conceptu quidditativo divinæ naturæ, ut metaphysicum ejus constitutivum, vel per modum prædicati essentialis, sed tanquam modos terminos, quibus natura divina essentialiter petit modificari aut terminari.

Prima pars conclusionis paret : Nam id metaphysicè constituit naturam divinam, quod est primò in illa intelligitur, & se habet ut radix universalium divinarum perfectionum : Sed id quod primò in Deo intelligitur &c, non sunt relationes, sed aliqua perfectio absoluta : Ergo relationes ad metaphysicam divinæ naturæ constitutionem non pertinent.

Secunda

Secunda pars non est minus certa: Prædicatum A enim quidditativum aliquid naturæ debet æquè latè patere ac ipsa natura, & prædicari de quoque illa prædicatur: Sed paternitas verbi gratiæ non æquè latè patet a divina natura, nec dicitur de quoque illa: illa prædicatur nam divina natura prædicatur de filio, non verò paternitas: Ergo relationes non sunt de conceptu quidditativo divina naturæ, tanquam prædicta illius essentia. Unde relata ut ad ejus conceptum quidditativum pertineant, tanquam termini aut modi à quibus essentialiter petit modificari aut terminari, sicut modi essendi per se & in alio, ad conceptum quidditativum entis pertinent.

§. V.

Conveniunt fundamenta adverso sententia.

Obijiciunt in primis Adversarii; D. Thomas quæst. 8. de potentia art. 2. ad 6. docet prædicationem itam, Deus est Pater, non esse per se solum, sed idem: At si paternitas includatur essentialiter in Divinitate, esset proprie-
tate formalis, cum omne prædicatum es-
sentialiter in aliquo inclusum, per se formaliter
enunteretur de illo: Ergo paternitas in Divi-
nitate essentialiter non includitur. Et infra quæst. 33. art. 3. ad 1. ait, Communia absolute dicta
de intellectu propriorum, sed non e converso: in in-
tellectu enim persona Patris intelligitur Deus, sed non
converso: Ergo ex mente D. Thomæ, paternitas
cum conceptu Divinitatis essentialiter non in-
cluditur.

Obijiciunt etiam plura SS. Patrum testimonia, que etiam videntur militare contra nostram sententiam. Nam Boëtius in libro de Trinitate, ait: Timetatem non dici substantialiter de Deo. Et Augustinus 3. de Trinitate, cap. 6. & sequentiis, docet relationes non prædicari de Deo secundum substantiam. Et Damascenus libro 3. de fide cap. 6. si habet: Charakterica autem hypotheseum nature sunt. Denique Athanasius dialogo 1. de Trinitate, contra Anomum, dicit generatio-
nem non esse quid essentialie.

Ad D. Thomam respondeo illum in primo te-
stimonio solùm negare prædicationem illam, Deus est Pater, esse per se formaliter, formalitate coniunctionis & expressionis, quod libenter intemur; relationes enim non exprimuntur in conceptu essentiae, nec metaphysice illam con-
trahunt: non autem negat esse formaliter, for-
malitate coniunctionis.

Vel secundo dicatur, illam prædicationem non esse per se formaliter, per modum prædicati essentialis, eo modo quo attributa de essentia di-
cuntur, esse tamen formalem, per modum ter-
minatiois & modi essentialis, ut in ultima conclusione exposuimus.

La secundo etiam testimonio, solùm intendit communia esse de intellectu propriorum, tanquam prædicatum illius essentiale, enuntiarum de omnibus de quo propria prædicantur: quia ratione propria non sunt de intellectu communia, quia sunt prædicata essentialia, sed modi essentialia, hanc prædicantur, immediatè saltem, de omni de quo communia prædicantur. Et hoc sufficiebat intentio D. Thomæ, quod erat, communia es-
sentiæ propriæ, subtiliter consequentiæ, quia neque non valeret est Deus, ergo Pater.

Eodem modo intelligenda sunt & explicanda SS. Patrum testimonia ab Adversariis allegata:

solum enim intendunt, relationes divinas non prædicari de Deo essentialiter, per modum con-
stitutivi, vel per modum prædicati essentialis;
qualiter attributa de Deo enuntiantur, non ne-
gant tamen de illo dici essentialiter, per modum terminationis, aut modi essentialis.

Secundò arguunt: Juxta Concilia & SS. Patres, III.
Pater communicat Filio totam essentiam; ita enim expressè habetur in Concilio Lateranensi cap. Firmiter, & cap. Damnamus, & in Florentino in litteris sanctæ unionis. At si paternitas esset de essentia Divinitatis, Pater generando Filium non communicaret illi totam essentiam, cùm non B communicet illi paternitatem: Ergo paternitas ad essentiam Divinitatis non pertinet.

Confirmatur primò: Si paternitas esset de Divi-
nitatis essentia, Filius nō esset perfectus & inte-
ger Deus; quia illi deesset aliquid ad essentiam Divinitatis pertinens, nempe ipsa paternitas, quæ illi per æternam generationem non communicatur, ut definitur in præfatis Cœcilis: Consequens est falsum, & hereticum: Ergo idem quod prius.

Confirmatur secundò: In illo priori originis, 113.
quō Pater intelligitur constitutus, & potens ge-
nerare, & nondum intelligitur Filius generatus,
intelligitur tota & integra, ac perfecta Divini-
tas; & tamen non omnes relationes & personæ ibi intelliguntur: Ergo illæ non sunt de Divini-
tatis essentia.

Ad objectionem respondeo, Patrem communi-
casse Filio totam essentiam, non tamen totaliter:
quia ei communicavit constitutivum Deitatis in esse naturæ, & omnia attributa & prædicata es-
sentialia, non tamen omnem modum essentialē. Ex
quo solum sequitur, paternitatem non pertinere
ad essentiam Divinitatis, ut constitutivum ejus
metaphysicum, vel ut prædicatum essentiale,
quod libenter fatemur non tamen quod nō per-
tinet ad essentiam illius, tanquam modus es-
sentialis. Et quidē in sententia Adversariorum, ex eo
quod SS. Patres doceant, Patrem communicasse
Filio totam substantialiam, non licet inferre illi cō-
municasse paternitatem, quæ tamen ad substan-
tiā Deitatis pertinet, ut illi fatentur. Insuper ex
eo quod Patres doceant Patrem non communicasse Fi-
lio paternitatem, non licet colligere non cōmu-
nicasse illi Divinitatem, quæ in sententia plurimi
ex Adversariis est de paternitatis essentia. Pa-
riter ergo ex eo quod Patres doceant, Patrem com-
municasse Filio totam suam essentiam, non licet
inferre, vel paternitatem de essentia Divinitatis
non esse, vel communicata fuisse Filio.

Ad primam confirmationem respondeo pri-
mò, negando absolute Majorem: Tum quia re-
lationes non addunt perfectionem ad essentiam
divinam, ut dicemus articulo sequenti; unde ex
eo quod singulis personis non competant, non
tolitur quin qualibet persona sit integer Deus,
integritate perfectionis: Tum etiam, quia non
omnis modus essentialis Divinitati, singulis per-
sonis debetur.

Vel secundò, majoris claritatis gratiæ, distinguo
eandem Majorem: Filius non esset perfectus &
integer Deus, integratæ prædicatorum essentiali-
um sibi debitâ, nego Majorem: integratæ mo-
dorum essentialium, qui Divinitati debentur, &
non singulis personis, concedo Majorem. Hoc
idem argumentum Adversarii tenentur solvere,
loquendo de integritate reali, sicut nos illud sol-
vimus, loquendo de integritate essentiali.

Ad secundam confirmationem, similiter respon-
deo,

deo, quod in illo priori originis, quo Pater intelligitur constitutus, & potens generare Filium, intelligitur à nobis tota essentia, quia pro rati signo in eo concipiuntur omnia attributa & prædicta essentialia; sed non intelligitur tota-liter, quia non explicatur pro illo signo omne quod pertinet ad essentiam divinam, tanquam modificativum & terminativum illius.

117. Tertiò objiciunt: Quidquid essentialiter prædicatur de Divinitate, prædicatur etiam essentialiter de singulis personis divinis: At de Patre non prædicatur essentialiter filatio, neque è contra de Filio paternitas: Ergo paternitas & filatio non sunt de essentiis Divinitatis.

Hoc argumentum plurimum extollunt & magnificant Adversarii, illudq; Suarez evidēs ac demonstrativum appellat. Longè tamen à veritate distat illius judicium: nam argumentum illud est purè sophistīcū, ac simile illi quod Hæretici for-mant contra Mysterium Trinitatis, hoc modo: Quidquid entitativè & realiter est Deus, seu es-sentia divina, est in qualibet persona divina, & de illa prædicatur. Sed filio v.g. est realiter entitativè Deus, seu essentia Dei: Ergo filatio conve-nit cui libet persona divina, & de illa prædicatur Quare sicut hoc argumentum est purum sophis-tīma, & peccat mutando quid in ad aliquid (quod D. Thomas appellat fallaciam accidentis in Di-vinis) ita & argumentum Suarī. Unde

118. In forma respondō, distinguendo Majorē: Quidquid essentialiter prædicatur de divina natura, tanquam quid, seu per modum prædicati quidditativi, eo modo quo attributa de illa enuntiantur, prædicatur etiam essentialiter de singulis personis divinis, concedo Majorē. Quod prædicatur tanquam ad aliquid, & per modum relationis, seu tanquam modus inadæquatus di-vinæ naturæ, nego Majorem. Paternitas autem & filatio, ut s̄pē diximus, nō sunt prædicata quid-ditativa divinæ naturæ, nec ad metaphysicam ejus constitutionē pertinent, sed solum sunt modi quidam inadæquati & inconvertibiles, a quibus essentia divina, ob infinitam suam & cunctatatem, petit essentialiter modificari & terminari: unde illis sublati, defrueretur divina essentia.

Potestque hoc explicari, vel exemplo entis, quod essentialiter petit modificari per modos ex-istendi per se, & in alio: unde illi sunt de concep-tu quidditativo entis, quamvis totam ejus latitudinem & amplitudinem non adæquent, nec sint cum eo convertibilis. Id enim, ut s̄pē diximus, habet essentia divina ratione infinitatis, & summa actualitatis, quod habet ens ratione sua trā-scendentia & communitatis. Aptius adhuc ex-emplum esset ad hoc explicandum, si natura hu-mana subsisteret à parte rei separata ab individuis, ut ponebat Plato: in talienum catu natura identificaret sibi essentialiter omnia individua, & tamen quodlibet feor si esset inadæquatum respectu illius.

119. Secundò responderi potest argumēto Suarī, aliter distinguendo eandē Majorem: Quidquid essentialiter prædicatur de Divinitate, prædicatur etiam essentialiter de singulis personis: vel absolutè, vel cum reduplicatio[n]e essentiæ, con-cedo Majorem: absolu[te] semper, nego Majorē. Similiter distinguo Minorem: de Patre non prædicatur filatio: absolutè, concedo Minorem: cū reduplicatio[n]e essentiæ, nego Minorem, & Con-sequentiam, Solutio patet ex suprā dictis: sicut enim propositio: *Paternitas est communicabi-*

*lis, absolute concedi non potest, bene tamen cū addito, & specificatā essentiā ex parte subjecti, dicendo scilicet: *Paternitas est essentia divina, pluri-ribus communicabilis.* Ita etiam ita: *Pater est filius,* absolute concedenda non est, bene tamen illi: *Paternitas est essentia, qua filatio essentialiter est.**

Objicies ultimò: Si relationes essentialiter in-cluderentur in divinā essentiā, illa non esset purè absoluta, sed partim absoluta, & partim relati-vamō & ad aliud relata, proprius enim effectus relationis est, constitueret relatum ad aliud.

Respondeo quod hoc inconveniens sequer-tur, si relationes includerentur in essentiā divina explicitè & constitutivè, aut per modum prædicati essentialis: scilicet autem, ex eo quod implicati-tē tantum, & tanquam modi quidam inadequa-ti ea includantur: ut pater exemplo entis ipius adducto. Ex eo enim quod modus differen-tialis prædicamenti relationis implicati-ente includatur, non sequitur rationem eius ut sic esse ad aliud relata, quia ad hoc necessari-um est ut explicitè & constitutivè in illo im-portaretur.

Dices: Ex eo quod ratio entis includit implicati-ve diversitatem modorum, non gaudet per se unitate, sed solum unitate analogā: Ergo par-ter, si divina essentia implicitè contineat diversitatem relationum, perfectā unitate & similitudine non gaudebit.

Respondeo distinguendo Antecedens: Præcis ex illa causa, nego Antecedens. Ex illa, & quoniam sicut finitus conceptus est, & communis solum communitate rationis, concedo Antecedens, & nego Consequentiam: nam conceptus explici-tus essentiæ divinitæ infinitus est, & communis non communitate rationis, sed reali-

ARTICULUS III.

Quomodo realis relationum distinctio posse, cum perfecta identitate illarum in essentiā:

Hanc difficultatem meritò appellat Gregorius Nyssenus, *ÆNIGMA SACRATISSIMUM*, cuius perfecta intelligentia & solutio ulqueat claram Dei visionem differenda est. Unde non otiosè in Evangelio dicitur, de nocte venire quemdam ad amicum suum, & rogasse: *Anno accommoda mihi tres panes*, quos non esse alii quām Trinitatis cognitionē (que verus animi cibus est) docet August. Serm. 29, de verbis domini. De nocte enim venit: quia caliginosus & obscurus est, quandiu in hac vita mortali sumus, trium personarum in unitate inagatio, & Res-torū est verius, quām hīc peregrinantium. Quod etiā fortè sub mysterio indicatur etiā Genef. 18. ubi dicitur Abraham in ostio Tabernaculi fuisse, quando tres vidit, & unū a doravir quātū tunc incipiāt anima in Trinitate personarum maturā unitate aspicere, cūm extremis confi-tuta, ē tabernaculo corporis egreditur.

Qui tamē Catholicus Doctor debet fidei my-steria defendere, & ostendere illa principiis lumi-nis naturalis minimè repugnare, nec esse contra rationem, quamvis sint supra rationem: idcirco proposita difficultas breviter discutienda est: idcirco quomodo realis relationum aut personarum dis-tinctio, cū perfecta identitate illarum cū essentiā, cohædere possit, breviter oportet expōne-

Ratio autem dubitandi, eaque gravissima, pertinet ex illo communis principio, quod est praecepsum totius artis syllogisticae fundamentum: Quae sunt eadem inter se: Sed (subsumuntur) divinae relations realiter identificantur cum essentia, ut supra ostensum est: Ergo realiter identificantur inter se.

Hoc argumento oppressi Hæretici, & huic veritatem aliud, naufragium in fide fecerit, & in variis errore prolapso sunt. Sabellius enim pluralitatem ac distinctionem realem personarum sustulit: Arrius essentia unitatem negavit: Gilbertus Porretanus distinctionem realiter inter essentiam & relationes posuit. Catholici vero Doctores, ut Durandus & Scotus, salem distinctionem modalem, aut formalē ex natura, inter relations & essentiam inseruerunt. Nominales contra in alio extremo posuit, eare ratione quidem distinguere inter se docerant. Denique Suarez & Vazquez, ut ab hac difficultate faciliter expedirent, dixerunt praefacionia teneat solum in rebus creatis, non vero in Deo; in quo propter infinitatem potest calorem numero natura in tribus personis realiter difficultas subsistere. Sed hi omnes modi dicendi dixerūt impugnati sunt, excepto ultimo, qui neum refutavit, & proposita difficultatis ratio, non solutio; potestque facile confutari: Nam principium illud (ut diximus) est praecepsum, ac ferè unicum totius artis syllogisticae fundamentum: illa enim ex identitate extrema cum tertio, facta in præmissis, infert in conclusione identitatem illorum inter se: Sed etiamsi syllogistica non minus locum habet in Deo, quam in creaturis: Ergo & prefati principiis veritas. Hac ergo solutionis rejecta.

D Alter propositus difficultati occurendum est, adicendum cum Angelico Preceptor quæst. 8. de potentia art. 2. ad 7. & 10. argumentum & 1. ad Amabil. distin. 33. quæst. unicā artic. 1. ad 1. & 2. hæretic. ad 1. Axioma illud philosophicum esse universaliter verum, quando extrema identificantur cum tertio re & ratione, quando autem realiter identificantur cum tertio, ratione tamen distinguuntur ab illo, non esse universaliter verum. Unde cum relations divinae essentialiter fidem cum essentia, ratione tamen ab illa distinguuntur, exidentitate illarum cum divina essentia, non sequitur identificari realiter inter se.

Ratio autem hujus doctrinae est, quia eo ipso quod extrema ratione distinguuntur ab medio possumus ex eo capite quo differunt importare oppositionem relativam, & ratione illius realiter inter se distinguere, quamvis a medio, cum quo oppositionem non habent, realiter non distinguuntur.

Eta contingit in Deo: quia enim paternitas & filio ratione & virtualiter ab essentia distinguuntur, explicant rationes oppositas inter se, scilicet autem cum essentia; & ideo inter se realiter distinguuntur, quamvis idem sint cum essentia. Si tamen impossibile tres entis proprietates, scilicet unum, verum, & bonum, (servata perfeccio identitatis cum ratione entis in eis transcedentia non inclusa) oppositione relativâ inter se genderent, ratione hujus oppositionis realiter inter se distinguenterentur, quamvis a ratione entis diversa imbibita ratione tantum different.

Ejusdem mysterii aliquod cernitur vestigium in actione, passione, & motu, que D. Thomas hic artic. 3. ad 1. in exemplum illius adducit: Nam

Tom. II.

A licet actio & passio à motu distinctione solū modali distinguantur, different tamen realiter inter se, distinctione reali Majori, propter oppositionem quam habent. Et si motus esset tantæ perfectionis & amplitudinis, ut posset sibi omnino realiter identificare actionem & passionem, cum sola distinctione rationis ratiocinata; a huc actio & passio, ratione oppositionis quā gaudent realiter inter se distinguerentur. Dixi aliquod cerni vestigium: quia ut ait idem S. Doctor in 1. dist. 33. quæst. 1. art. 1. ad 2. **B** Omnia similia, que ad explicandam unitatem essentiae cum distinctione personarum, ex creaturis adduci possunt, plus habent de dissimilitudine, quam de similitudine, & ideo magis abducunt à veritate mysteriis quād in ejus veritatem intellectum inducent.

Sed contra istam solutionem, & illius axiomatis explicationem, à D. Thoma traditam, objici potest, quod idem S. Doctor 2. contra Gentes cap. 9. ut proberet quod potentia Dei & illius actio sunt idem, arguit sic: Quae uni & eidem sunt eadem, sibi in vicem sunt eadem: Divina autem potentia est ejus substantia, ejus etiam actio est ejus substantia: Ergo in Deo non est aliud potentia, & aliud actio. Ita de verbo ad verbum D. Thomas. At potentia & actio non identificantur re & ratione cum divina substantia, sed tantum realiter, cum distinctione rationis: Ergo juxta D. Thomam tenet præfatum principium, non solū quando extrema re & ratione identificantur cum tertio, sed etiam cum solū realiter identificantur cum illo.

Hanc difficultatem movet Ferrariensis loco 129 nuper allegato, & respondet distinctionem rationis ratiocinantis extremorum à tertio non obstat, quominus ex identitate reali cum illo, realis illorum identitas inter se colligatur; benetamen distinctionem rationis ratiocinata; que ortum habet ex rebus secundum se, & non ex sola imperfectione nostri intellectus: potentia autem & operatio solū ratione ratiocinante distinguuntur ab essentia divina; paternitas vero & filiatio, ratione ratiocinata, seu virtualiter ab illa differunt, & ideo ex identitate potentiae & operationis cum divina essentia, recte intulit D. Thomas illas realiter identificari inter se, quamvis ex identitate relationum cum essentia, realis carum identitas inter se non inferatur.

Hac solutio probabilitate non caret, quia tamen non habet locum in opinione plurium Thomistarum, qui operationem & potentiam ab essentia divina virtualiter differre existimant, ut proposita difficultas, in omni sententia resoluta.

E Secundò, & forte melius respondetur, distinctionem rationis ratiocinatae extremorum à medio, non inferre positivè distinctionem reali extremorum inter se, sed tantum permisive: id est permittit ut in aliqua materia realiter inter se extrema distinguantur, non obstante reali identitatem cum tertio. Tunc autem exercetur permisio, quando extrema distinguuntur ratione per formalites importantes oppositionem, & quia paternitas & filiatio in Divinis ab essentia distinguuntur virtualiter, & ratione ratiocinata, per formalites oppositas relativè, indebet, ut ex reali identitate, quia habent cum essentia divina, non inferatur realiter identificari inter se. Ceterum potentia & operatio, licet distinguantur ratione ratiocinata ab essentia (ut aliqui

Bb

DISPV TATIO TERTIA.

194

probabiliter sentiunt) non tamen important formalitates oppositas relativè; & ideo ex earum identitate cum divina essentia rectè intulit D. Thomas illas identificari inter se.

131 Hac doctrina est expressa D. Thome hic art. 3. ad 2. quod ita procedebat: *Sicut paternitas & filiatio, secundum nominis rationem, distinguuntur ab essentia divina, ita & bonitas & potentia: Sed propter huiusmodi rationis distinctionem, non est aliqua realis distinctionis bonitatis & potentiae divinae: Ergo neque paternitatis & filiationis.* Cui argumento sic responderet: *Ad secundum dicendum, quod potentia & bonitas non important in suis rationibus aliquam oppositionem, unde non est similis ratio.* Sentit ergo, quod quando extrema, ratione distincta à medio, non important rationes oppositas relativè, tunc identitas illorum cum tertio arguit realem identitatem illorum inter se; scilicet autem quando important rationes inter se relativè oppositas, ut contingit in subjecta materia. Quare idem Sanctus Doctor in 1. sent. distin. 2. quæst. 1. artic. 5. ad 4. hæc scribit: *Licet sapientia divina secundum suam rationem differat ab aliis attributis, non tamen illis opponitur: cum sapientia bonitatem & alia attributa secum compatiantur esse in eodem subiecto, & ideo non habet rationem distinguendi supposita divinae naturæ, sicut habent relationes opposites: sed sicut sapientia divina realiter facit effectum sapientie, propriez veritatem rationis ipsius que manet, ita relatio facit veram distinctionem, propter relationis veram rationem que salvatur.* Quibus verbis non solum responsionem nostram confirmat, sed etiam rationem fundamentalē insinuat, cur relations divinæ, non obstante reali identitate cum essentia, realiter inter se distinguantur. Nam proprium est rei infinitæ identificare sibi res, salvis earum rationibus formalibus: unde sicut ratio formalis sapientie (qua est cognoscere res per altissimam causam) perfectissime salvatur in deo, non obstante identitate ejus reali cum essentia; ita & ratio formalis relationis debet in eo perfectè salvare, non obstante identitate reali illius cum natura divina: Sed propria ratio ac essentia relationis est, opponi suo correlativo, & ab eo realiter distinguuntur: Ergo divinæ relations, salvâ reali identitate quam habent cum essentia, opponuntur relativè inter se, & ratione hujus oppositionis realiter inter se distinguantur. Hic est profundissimus D. Thomæ discursus, & vera ac germana hujus principij, quod totius artis syllogisticae fundamentum est, explicatio & intelligentia: ex qua facile diluuntur aliquid instantia, quæ à quibusdam Recentioribus opponi solent in contrarium.

132 Sic enim arguunt Molina & Vazquez: Rectè infertur Petrum esse animal, ex hoc quod sit idem cum homine, à quo tamen petricitas & animalitas distinguuntur ratione: Ergo licet extrema à tertioratione differant, rectè infertur ea realiter identificari inter se, ex eo quod realiter cum tertio identificantur.

133 Præterea, Ex hac solutione & doctrina D. Thome sequitur syllogismum expositorium esse prorsus inutilē: Sed hoc non est dicendum: Ergo &c. Sequela probatur: Quando extrema re & ratione identificantur cum tertio, sunt synonyma inter se: Sed nulla est necessitas probandi synonyma sibi esse idem; ita enim notum est ac apertum, tunicaem & indumentum

A identificari inter se, ut probatione non eget, immo stultum sit talem probationem intendere: Ergo si principium illud: *Qua sunt eadem uniter verum, quando extrema re & ratione identificantur cum tertio, sequitur syllogismum expositorium nullius esse utilitatis.*

B Sed ad hæc patet responsio ex supra dictis. Ad primum enim jam diximus, ex eo quod extrema ratione distinguantur ab aliquo tertio, non possunt positivè inferri ea realiter distinguiri inter se, sed tantum permitti; & permissionem tunc exerceri, quando extrema distinguuntur ratione tertio, per formalitates importantes oppositionem relativam. Unde quia animal & Petrus non distinguunt ratione ab homine, per formalitates relativæ oppositas, sicut paternitas & filiatio in Divinis distinguuntur ab essentia: hinc sequitur rectè inferri, Petrum esse animal, ex eo quod Petrus & animal sint idem cum homine; non tamen rectè colligi, Patrem & Filium realiter identificari inter se, ex eo quod paternitas & filiatio ratione solum ab essentia differant.

C Ad secundum, nego etiam sequelam. Ut enim utilitas syllogismi expositorij salvetur, sufficit quod quavis solum in terminis synonymis habeat vim universalem, & sine instantia; inter extrema tamen ratione distincta à medio, quæ synonyma non sunt, habeat vim in ferenti in materia particulari, sicut revera habet; quia (ut modo dicebamus) principium illud philosophicum: *Qua sunt uniter verum, sunt eadem inter se: tener in extremis identificatis realiter cum medio, quamvis differant ab illo ratione, si illa extrema non important formalitates oppositas.*

D Secunda solutio rationis dubitandi initio disposita, & secunda prefati axiomatis explicatio, sumitur etiam ex D. Thome in 1. dist. 33. quæst. artic. 1. ad 2. ubi hæc scribit: *Si aliquando est idem, secundum id quod idem sunt, in qua cumque est unum, est & alterum: Paternitatem & essentia divina sunt idem secundum sibi, & ideo sicut in Filio est esse essentia, ita & in Filiis est paternitatis, quia in Divinis non est nisi una esse.* Sed paternitas habet aliquid in quo non numeratur cum essentia, scilicet rationem paternitatis, quæ est alia ratione essentiae: vnde secundum illam rationem respectus potest esse in Patre & non in Filio, seu distinguere Patrem a Filio. Quibus verbis declarat S. Doctor, ea quæ sunt eadem uniter, esse eadem inter se, secundum id quod est ratio identificationis in tertio, non vero secundum aliud. Unde quia est, seu essentia, effratio in qua paternitas & filiatio identificantur, non vero ipsa relatio aut personalitas; sequitur quod Pater & Filius sint idem in essentia, sed differentialiter, non vero idem personaliter, sed in relatione. Eandem interpretationem tradunt C. preolus in 1. dist. 2. quæst. 4. Ferrariensis 1. com. Gent. cap. 9. & Scotus in 1. dist. 2. quæst. 4.

E Contra illam tamen arguunt Molina, Valentia, Suarez, & alii Recentiores, in hunc modum. Si ex identitate extremorum cum tertio, solum inferretur illorum identitas in tertio, probaret idem per idem, & esset manifesta petitio principij: Sed hoc non est dicendum: Ergo &c. Probat Major: Identitas extremorum in medio affirmatur in premisis: Ergo si pro conclusione infertur sola ista identitas, idem per idem probatur, & petitur principium.

Respondeo negando Majorem: ad probatorem, nego Antecedens. Aliud enim est identitas extermorum cum medio, aliud vero identitas extermorum in medio: quia in primo importatur medium, ut extermum identitatis sialiorum extermorum cum illo; in altero autem medium importatur, non ut extermum, sed ut medium identitas extrema vero sunt illa, quorum identitas cum medio in premisis affirmatur: v.g. in hoc syllogismo: *Hec essentia divina est paternitas: Hec essentia est filiatione: Ergo paternitas & filiatione sunt idem in essentia, vel iusdem essentiae*: in premisis importatur essentia, ut extermum identificatiois filiationis & paternitatis: in conclusione autem non sic importatur, sed extrema sunt paternitas & filiatione, essentia autem est medium in quo ratione cuius inter se identificantur.

Tertia explicatio praefati axiomatis est Capitulo Nazarij, Salmanticensium, &c. aliorum, qui docent illud habere locum tantum in his, quae sunt idem cum tercio adaequata & convertibiliter: scilicet autem in his quae illi sunt idem inadaequatae & inconvertibiliter. Unde quia qualibet relatio divina identificantur cum essentia, duntaxat ut modis inaequatus & inconvertibilis, ut patet ex dicto articulo precedentio non potest inferri, quamlibet relationem esse idem cum altera relatione, ex eodem sive idem in essentia divina.

Dices primo: In hoc syllogismo: *Omnis homo est animal: Petrus est homo: Ergo Petrus est animal*: Minor extremitas identificantur inadaequata & inconvertibiliter cum medio; nam ly *Petrus*, non est idem omni homini; & tamen interfertur ex hismodi identitate minorum extremitatum esse idem cum majori, scilicet Petrum cum animali: Ergo expositio adducta non valet; vel si valeat, etiam haec argumentatio erit legitima. *Paternitas est essentia: Filio est essentia: Ergo Paternitas est filio*.

Respondeo quod quamvis in hoc, & similibus syllogismis, minor extremitas identificantur inadaequata & inconvertibiliter cum medio, major tamen ipsi identificantur adaequatae, & illud excedit: unde identitas minoris extremitatis cum majori, non interfertur in conclusione, ex inadaequata identitate illius cum medio, sed potius ex adaequata identitate illius cum illo: nam hoc ipso quod animal identificatur adaequatae cum homine, oportet etiam quod identificetur cum Petro, sub homine contento. Unde haec argumentatio valet, non autem alia quia in alio syllogismo nulla extremitas adaequatae identificantur cum medio.

Dices secundo: Explicatio tradita menti Aristotelis & omnium antiquorum Philosophorum adversatur illi enim probabant, eo ipso quod eidem tertio duo identificantur, necessario debere identificari inter se. Ergo non admittebant posse duo inadaequatae identificantur cum tertio.

Respondeo totum hoc esse verissimum. Etenim Gentiles Philosophi, lumine fidei defititi, & solus rationis naturalis dictamine ducti, non posuerant alesque notitiam mysterij Trinitatis; in quo solo inventitur inadaequata identitas distinctionum realiter cum uno singulari. Unde explicatio tradita praefati axiomatis, non est Gentilis Philosophi, sed Philosophi Christiani; qui fidei lumine instructus, & de mysterio Trinitatis edocens, Gentilium errores corrigit. Neque ex eo quod mysterium Trinitatis non contra principium lumen, prout a Philosophis intellectum, sequitur

A effolumini rationis contrarium: licet enim omne quod illi sunt assediti, sit rationi naturali conforme, non tamen omne quod non assediti fuerunt, rationi naturali aduersatur. Gentiles enim Philosophi nihil supernaturale cognoverunt, & tamen supernaturalia contra naturam non sunt, sed potius conformia naturae, hoc est ei consona & convenientia.

B Ex dictis colliges, syllogismum istum expositum: *Hec essentia divina est Pater: Hec essentia est Filius: Ergo Filius est Pater*: duplicitate defectu. Primus est, quia medium, scilicet *hec est essentia divina*, non singularizatur perfecte; eo quod quamvis essentia divina singularis & individua sit, est tamen communis realiter tribus personis, ac proinde in supponendo aequivale termino communis. Unde sicut haec consequentia non valet: *Petrus est homo: Paulus est homo: Ergo Petrus est Paulus*; quia medium est communis per rationem: ita consequentia facta non tenet, quia est commune realiter.

C Secundus defectus (si forte a precedenti distinguatur) est, quia medium se habet aequivoce in supponendo: nam in Majori supponit pro Patre, in Minoru autem pro Filio. Unde sicut ista consequentia non valet: *Petrus est homo: Paulus est homo: Ergo Petrus est Paulus*; quia *homo* in Majori supponit pro uno individuo, & in Minoru pro alio. Ita prima consequentia a nobis facta non tenet: quia in Majori, *hec essentia divina*, verificatur pro uno supposito, & in Minoru pro alio. Quare ut in Divinis recte arguitur, debet singulare distribui hoc modo: *Omnis res quae est essentia divina, est Pater: Filius est res quae est essentia divina: Ergo Filius est Pater*. Vel alter: *Hec essentia divina secundum omnem sui formalitatem est Pater: Filius est hec essentia divina: Ergo Filius est Pater*. In his syllogismis nullus quidem est aequivocationis defectus, sed falsitas in Majori & in Consequentia reperitur. Licet enim verum sit, quod aliquares, quae est essentia divina, est Pater, falsum tamen est, quod omnis res, quae est essentia divina, sit Pater. Item licet essentia divina, secundum aliquam formalitatem sit Pater, non tamen secundum omnem, cum aliqua illius formalitas, sit filiatione. De quo vide ri potest Bannez in summulis, in Tractatu de modo arguendi in Divinis.

ARTICVLVS IV.

An spiratio activa realiter a paternitate & filiatione distinguatur?

E Suppono tanquam certum & indubitatum, praefer paternitatem & filiationem, esse in Patre & Filio alias relationem, quae *spiratio activa* appellatur. Cum enim Pater & Filius realiter a Spiritu Sancto distinguantur, & omnis distinctione realis in Divinis proveniat ex oppositione relativae; aliunde vero Pater & Filius per paternitatem & filiationem se invicem tantum recipiant, ideo praefer paternitatem & filiationem debet dari alia relatio, qua recipiant Spiritum Sanctum, eique relativae opponantur. De hac ergo relatione, quae (ut dixi) *spiratio activa* appellatur, inquirimus, an a paternitate & filiatione realiter distinguatur?

Partem affirmativam tenet Durandus & Sco-

DISPVATI O TERTIA.

tus, admittentes distinctionem modalem aut formalem ex natura rei, inter spirationem activam, & paternitatem, ac filiationem. Negativa tamen communis est apud Theologos, tamque expresse docet Sanctus Thomas in 1. dist. 27. quest. 1. art. 1. Unde.

Dico breviter, spirationem activam non distinguit realiter, sed tantum virtualiter, à paternitate & filiatione.

Probatur primò ratione quam indicat S. Doctor, loco citato. In Divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relativa oppositio: At relatio spirationis relativè non opponitur paternitati & filiationi: Ergo realiter ab illis non distinguitur.

Praterea: Si realiter ab illis distingueretur, datur in Deo quaternitas rerum immaterialium & personarum: illa enim spiratio constitueret Spiratorem, à Patre & Filio realiter distinctum, qui esset aliquid in natura a divina subsistens, & consequenter persona divina.

Nec valet responsio Durandi, dicentis spirationem non constitutere personam divinam, quia cum sit communis Patri & Filio, non est subsistens incommunicabilitate: quod necesse ario requiritur, ut aliqua relatio in Divinis sit constitutiva personæ. Non valet (inquit) hæc responsio: repugnat enim quod spiratio activa realiter à paternitate & filiatione distinguitur, & tamen sit communis Patri Filio; quia (ut supra dicebamus) non potest ab aliis realiter distingui, nisi illis relativè opponatur, nec potest illis relativè opponi, si sit communis Patri & Filio, quia incommunicabilitas ad oppositionem relativam necessario consequitur.

Deinde, Ex hac durandi & Scoti sententia sequitur, patrem aeternum non esse omnino simplicem, sed compositum ex paternitate & spiratione; vel sicutem esse minus simplicem quam Spiritum Sanctum, in quo unica tantum spirationis passiva relatio operatur. Sequela patet: ut enim supra dicebamus, agendo de distinctione relationum ab essentia, sicut ex unione duarum entitatum realiter distinctarum resultat compositionis realis entitatis, ita ex unione modi aut formalitatis realiter distinctæ, compositionis modalis aut formalis exurget.

Quod vero spiratio activa virtualiter saltet à paternitate & filiatione distinguitur, patet: quia illæ relationes diversos terminos respiciunt; unde cum distinctio specifica relationum à diversitate terminorum sumatur, illæ specie (virtualiter saltent) in ratione relationis differre debent.

Objicies primò: Si spiratio activa virtualiter solum a paternitate distingueretur, posset de illa praedicari; sicut unum attributum praedicatur de alio, quia ab illo virtualiter tantum distinguitur. Consequens est falsum, ut colligitur ex D. Thomâ infra quest. 32. artic. 3. ad 3. Ergo & Antecedens.

Respondeo negando sequelam Majoris: nam, ut notat idem S. Doctor ibidem, sicut licet hæc propositio sit vera: *Divina potentia est divina scientia*, ista tamen est falsa: *Attributum potentiae est attributum scientiae*. quia quando dicitur, *Attributum*, exprimitur illæ divinae perfectiones secundum rationem explicitam quam important, sub qua ratione non sunt idem formalissimè ipsaque distinctio virtualis, quæ distinguntur inter se, per modum significati, & non solum per modum conditionis, exprimitur, ut Tractatus de Attributis in communis declaravimus. Ita pariter, licet hæc propositio sit vera: *Paternitas*

est spiratio, hæc tamen est falsa: *Relatio paternitatis est relatio spirationis*: quia quando additur illud nomen *Relatio*, tunc explicite, & permotum consignificati, importatur respectus ad determinatum, qui non est idem in paternitate & spiratione; prima enim respicit filiationem, altera vero processionem, seu spirationem passivam.

Objicies secundò: Paternitas & spiratio activa sunt duas relationes: Ergo & duas res. Ergo realiter distinguntur. Hac ultima consequentia patet, prima vero probatur. Multiplicatio inferioris debet multiplicari superioris: Sed res est quid superioris ad relationem realem: Ergo si paternitas & spiratio sint duas relations reales, erunt etiam duas res.

Respondeo concedo Antecedente, negando primam Consequentiam: quia variatur applicatio. Nam nomen numeralis, *dua*, in Antecedenti applicat suprà relationem; unde denotat solum multiplicitudinem relationum realium, ad quam sufficit quilibet esse realem, licet non distinguantur realiter, sed tantum virtualiter: in consequenti vero appellat supra realitatem, unde denota multiplicitudinem rerum, & consequenter quod distinguantur sicut res à re. Quare adprobationem respondeo, eo tantum modo debere multiplicari superioris, quo multiplicatur inferioris: in proprio autem inferiori non multiplicatur cum mutata distinctione reali: Ergo nec superioris cum hac distinctione reali debet multiplicari, quod tamen denotatur in illa propositione: *Paternitas & spiratio sunt duas res*.

Instabis: Paternitas & spiratio sunt duas relationes, ut docet Divus Thomas loco super allegato: Ergo & duas res relativæ. Consequentia manifesta: nam relatio & res relativæ idem prorsus sonare videtur.

Respondeo concedo Antecedente, negando Consequentiam. Licet enim relatio & res relativa quoad rem significatam sint idem, tamen ex parte modi significandi, qui maximè attenditur in propositionibus, distinguntur: quia illud nomen, *relatio*, simpliciter enuntiatum, exprimit relationem per modum puri respectus, & in ordine ad connotatum extrinsecum, seu terminum correlative: quando vero dicitur, res relativa, tunc relatio exprimitur per modum forma. Unde dicit quod in Patre sint duas relations, est dicere quod sint respectus ad diversos terminos, quod verendum est: affirmare vero quod in illo sint duas res relativæ, est asserere quod in illo sint veluti duas formæ, quod est falsum.

ARTICVLVS V.

An relationes divine addant aliquam participationem relativam ad essentiam?

NON inquirimus hic, an relationes divine, ut virtualiter ab essentia distinctæ, dicant participationem, sed id tamquam certum supponimus. Cum enim distinctio virtualis relationum aessentia, non sit distinctio rationis per modum exclusivitatis & exclusi, ut articulo 2. ostendimus, relationes divine, etiam ut virtualiter distinctæ ab essentia, illam implicitè includunt; & consequenter infinitam ejus necessariam amarum à Deo, & debent adorari adoratione latræ, ut docet Sanctus Thomas hic art. 2. in argumento, sed contra, Quod ergo in dubium vertimus, dicitur.

DE RELATIONIBVS DIVINIS.

179

an sicut attributa addunt ad essentiam perfectio- A nem aliquam absolutam, virtualiter distinctam à perfectione essentiæ: ita etiam relationes, præter absolutam perfectionem essentiæ, quam impli- citè melundunt; insuper ratione conceptus relati- vi, & quatenus sunt puri respectus ad terminum, vel (ut alij loquuntur) secundum rationem *ad*, explicit perfectionem aliquam relativam, vir- tuiter distinctam à perfectione essentiæ, vel so- lum absoluta essentiæ perfectione gaudent.

Partem affirmativam tenent Suarez lib. 3. de Trinitate cap. 9. & 10. Granado tomo 3. in 1. partem, trâc. 3. disp. 5. sect. 2. Valentia, Arru- bi, Ruiz, & ex nostris Ledesma de divina per- fectione quest. 3. art. 2. & Gonzalez hic disput. 6. sect. 2.

Sententia tamen negativam in schola Divi Tho- mas communior est, eamque defendunt omnes

et antiqui Thomistæ, quibus subscripti pluras

et Recentioribus, quos citant & sequuntur Sal-

manticenses hic disp. 6. dubio 2. Unde s.

§. I.

Sententia negativa proposita.

Dico igitur, divinas relationes non addere per- fectionem relativam ad essentiam.

Hanc conclusionem videtur docere D. Thomæ in locis, præsertim quest. 2. art. de po- tentia art. 5. & infra quest. 42. art. 4. ad 2. ubi asserit, relationem secundum rationem sui generis, & in quantum est relatio, non habere quod sit ali- quid, sed solum quod sit ad aliquid; ex quo infert, quod quicquid dignitatis & perfectionis habet Pater, habet & Filius. Et ibidem docet perfectionem & dignitatem in Divinis pertinere ad es- sentiam, & non ad relationem. Quod etiam docuit Augustinus lib. 7. de Trinitate cap. 1. & 6. ubi dicit, Bonitatem & magnitudinem perfectionis in Divinis, non relative, sed ad se dici. Ex quibus verbis hoc potest argumentum confici: Relatio- nes ad essentiam nihil addunt absolutum, ratione illa distinctum: Sed ex Augustino ratio per- fectionis in Deo, non relative, sed absolute dicitur: ergo relationes divinas non addunt perfectionem ad essentiam, ratione ab illis distinctam.

Præterea suaderi potest conclusio ratione quam affirmat S. Thomas hic art. 2. ubi hoc discrimen inter relationem & alia prædicamenta constituit, quod in aliis generibus à relatione, etiam propria ratione accepitur secundum comparationem ad subiectum, sed ratio propria relationis non accipi- tur secundum comparationem ad illud in quo est, sed secundum comparationem ad aliquid extra. Quorum verborum sensus non est (ut aliqui ma- le interpretantur) quod relatio in quantum talis, & ponit ab aliis prædicamentis distinguuntur, non sibi in aliis prædicamentis, sed illi tantum assilens, ut de relationibus divinis olim fingebat Gilbertus: sed intendit S. Doctor hanc differentiam inter relationem & alia prædicamenta statuere, quod alia prædicamenta respiciunt subiectum ratione sui, in illo sifendo, & ponendo in illo aliquid, per quod subiectum se habet ad se & non ad aliud; ut patet in quantitate, quæ secundum propria rationem ponit in substantia extensionem partium, per quam illam perficit in se & ad se: re- latio vero, non respicit subiectum, ratione sui, & sifendo in illo, seu ponendo in illo aliquid, per quod sit tale in se & ad se, sed ordinando illud

Tom. II.

ad terminum, & ratione ipsius termini.

Ex qua doctrina Angelici Præceptoris, hoc po- test in favorem nostræ sententiae & conclusionis formari argumentum. Ratio perfectionis debet sumi per respectum ad subiectum inspectum ratione sui: At relatio nullum sibi peculiare subiectum respicit ratione sui, in illo sifendo, sed ratione termini seu correlativi; cum eo ipso quod conceptus aliquis relativus sit, et si subiectum res- piciat, debeat illud respicere ordinando illud ad terminum, & ratione ipsius termini: Ergo nihil relativum potest ex se obtinere rationem seu con- ceptum perfectionis; & consequenter relationes divinae, ex vi proprii & relativi conceptus, non addunt perfectionem ad essentiam divinam. Mi- nor, & utraque consequentia patent. Major autem, in qua solum potest esse difficultas, sic ostenditur. Perfectio debet respicere subiectum per- fectibile, per commensurationem cum illo: At ni- si subiectum ratione sui respiciat, non commen- suratur cum illo, sed cum termino, qui est ratio respiciendi subiectum: Ergo ratio perfectionis debet sumi per respectum ad subiectum, inspec- tum ratione sui, & non ratione alterius.

Tertiò suaderi potest conclusio. Si relationes adderent perfectionem ad essentiam, illi etiam adderent bonitatem; nam bonum & perfectum convertuntur, ut docet D. Thomas suprà quest. 5. artic. 3. Sed relationes divinae non addunt boni- tatem ad essentiam: Ergo nec perfectionem. Major patet, Minor probatur primò. Si relationes adderent bonitatem ad essentiam, cum talis bo- nitas non esset bonitas mediæ, esset bonitas ultimi finis: At non possunt addere bonitatem ultimi finis; alias darentur plures ultimi fines relativi, quod nullus concedit, sicut nec plura relativa principia: Ergo divinae relationes non addunt bo- nitatem ad essentiam, sed infinitè solum essentiæ bonitate gaudent.

Secundò probatur eadem Minor. Si bonitas realiter multiplicaretur in personis divinis, illæ possent dici tres boni, non solum adjectivæ, sed etiam substantivæ; quia significatum tam ma- teriale quam formale hujus nominis, *bonus*, mul- tiplicaretur: Sed tres persona divina non possunt dici tres boni, sicut nec tres magni, substantivæ, ut docet Augustinus 5. de Trinit. cap. 8. his ver- bis: *Magnus Pater, Magnus Filius, Magnus Spiritus Sanctus: non tamen tres magni, sed unus est Magnus.* Et bonus Pater, bonus Filius, bonus Spiritus Sanctus: nec tres boni, sed unus est bonus. Ergo bonitas non multiplicatur realiter in perso- nis divinis.

Tertiò eadem Minor ostenditur ratione à priori. In tantum aliquid est bonum & perfectum, in quantum est in actu existentia, vel ad illam ordi- nem dicit ut docet S. Thomas suprà quest. 4. art. 1. & quest. 5. art. 1. Sed divinae relationes, ratio- ne sui, neque sunt in actu existentia, neque ordi- nem dicunt ad illam, sed solum ratione essentiæ divinae quam includunt: Ergo ratione sui non di- cunt bonitatem, sed solum ratione essentiæ. Major patet: Minor etiam, quantum ad primam partem, constabit ex dicendis articulo sequenti, ubi ostendimus relationes divinas non gaudere proprijs existentij relativis, sed per absolutam divine naturæ existentiam in illis inclusam exis- tre. Probatur vero quantum ad secundam: Rela- tio (ut suprà dicebamus) secundum sibi propria nihil respicit, nisi ordinando ad terminum, quia totum ejus esse est ad aliud se habere: At existen-

160

Bb iii

DISPVATATIO TERTIA

198

tiam suam ad terminum ordinare non potest, quia existentia relationis non est ad terminum, sed ad subiectum: Ergo ratione sui, & quatenus est purus respectus ad terminum, seu ut alij loquuntur, secundum rationem ad ordinem ad existentiam non dicit.

Denique probari potest conclusio ex absurdis & inconvenientibus, quae sequuntur ex adversa sententia. Nam eo ipso quod tres perfectiones

relative in divinis personis admittantur, necessario concedendum est, cuilibet ex illis deficere aliquam perfectionem, quae in suo conceptu nullam imperfectionem, includit: At hoc cum summa perfectione, & summa divinarum personarum equalitate non congruit: Ergo ex adversa sententia sequitur, quanlibet personarum non esse summe perfectam, nec alteri in perfectione summe æqualem. Major patet: Patri enim non convenit filatio, nec Filio paternitas, nec Spiritui Sancto paternitas & filatio, & nec consequenter perfectio relativa cuilibet persona propria, & alteri incommunicabilis. Minor vero, quantum ad primam partem, probatur. De ratione summe perfecti est omnem continere perfectionem, quæ in suo conceptu nullam dicit imperfectionem: Ergo si Filio v.g. desit aliqua perfectio relativa, quæ in Patre reperitur, & quæ in suo conceptu nullam includit imperfectionem, Filius summe & adequate perfectus non erit. Imo nec ipsa divinitas erit forma summe perfecta: hæc enim forma summe perfecta non est, quæ subiectum summe & adequate non perficit, & quæ illi omnem perfectionem non tribuit: Sed essentia divina summe & adequate Filium non perficit, nec illi relativam paternitatis perfectionem communicabit: Ergo forma summe perfecta non erit.

Neque valet si dicás: de ratione summe perfecti esse, quod contineat omnem perfectionem absolutam, non autem relatiām: quia sicut de ratione relationis, ita & de essentia perfectionis relatiām est incommunicabilitas. Non, inquam, hoc obstat: nam vel perfectio relativa paternitatis v.g. aliquam in suo conceptu includit imperfectionem, vel non? Si primum, non poterit esse formaliter in Patre, in quo nulla potest reperiri imperfectio. Si secundo, non potest habere repugnantiam cum perfectione relativa filiationis: habere enim repugnantiam & incompossibilitatem cum aliqua perfectione, quæ nullam imperfectionem includit, imperfectio est.

Secunda etiam pars Minoris suadetur. Primo ex Augustino relato, qui ut salvet æqualitatem personarum divinarum in magnitudine, negat dari in Deo tres magnitudines: Ergo sentit cum multiplicatione reali magnitudinis aut perfectio, summa æqualitatem inter divinas personas non posse subsistere.

Secundo, Quod gaudet perfectione essentialiter distincta à perfectione alterius, necessario comparatur cum illo ut excedens & excessum, afferente Philosopho, species esse sicut numeros, inter quos, cum essentiali differentia, æqualitas numerica intercedere nequit: Sed eo ipso quod paternitas sit perfectio relativa, realiter à filiatione distincta, essentialiter distinguitur à perfectione filiationis: Ergo hoc ipso æquales esse non possunt, nec summa Filii cum Patre in perfectione æqualitas subsistere. Unde etiam ex adversa sententia sequitur, tres personas Sanctissima Trinitatis esse quid maius & perfectius, saltem extensive, quam unam tantum: quod expresse negat

A Augustinus lib 6. de Trinitate cap. 8. & lib. 3. cap. 1.

Respondet Suarez ubi supr., hæc inconvenientia non sequi ex sua sententia: quia licet perfectio relativa, quam paternitas addit supra sententiam, non sit in Filio formaliter, in illo tamen reperitur eminenter, ratione essentiae qua illi communicatur a Patre.

Sed contra primò: De ratione summe perfecti est continere perfectissimo modo omnem perfectionem, quæ in suo conceptu nullam imperfectionem includit: Sed modus continendi perfectionem aliquam formaliter simul & eminenter, perfectior est quam modus illum continentelium eminenter, quando talis perfectio potest nudari ab omnibus imperfectionibus: Ergo de ratione summe perfecti est continere formaliter omnem perfectionem, de cuius conceptu imperfection non est; & consequenter ratione solius continentie eminentialis perfectionis relativa, quæ in p[er]petuitate includitur, non salvator Filium esse summe & infinitè perfectum.

Confirmatur: Enī summe perfectum alter de- net continere perfectionem, de cuius conceptu imperfection non est, ac illam, quæ in suo conceptu involvit imperfectionem: Sed hanc continere debet eminenter: Ergo alteram debet continere formaliter.

Præterea, Deitatem continere eminenter pertinet, est continere illam per modum principij radicalis illius; hæc enim eminentialis continentia, causalitatis esse non potest, sicut illa que convenit omnipotenti respectu creaturarum: Sed Deitas, ut convenit Filio, & prout illi p[er] aeternam generationem communicatur, non est radix paternitatis, cùm illam presupponat in alio priori originis: Ergo Deitas, ut est in Filio, paternitatem, ejusque perfectionem relativa, eminenter non continet.

Denique non salvatoris perfecta æqualitas Filij cum Patre, si Filio desit formaliter aliquod attributum, quamvis illud habetur eminenter, radicaliter, ratione essentiae, in qua tangunt in radice contingunt: quia perfectio absolute, prout in se, differt à seipso prout contenta in causa, seu radice: Ergo pariter non subsister perfecta Filij cum Patre æqualitas, si illi desit formaliter perfectio relativa paternitatis, quamvis illi conveniat radicaliter seu eminenter, ratione essentiae, quia illi à Patre communicatur: quia similiter, in sententia quam impugnamus, perfectio relativa paternitatis, prout in se, differt à seipso, prout contenta in essentia divina, tangunt in radice principio.

Respondet secundò Granadus, loco supradictato, salvari in ejus sententia summam Filii perfectionem, & perfectam ejus cum Patre æqualitatem: quia Filius non solum eminenter seu radicaliter continet perfectionem relativam paternitatis, ratione divinitatis que illi à Patre communiceatur, sed etiam aliquo modo formaliter, eo quod per circummissionem (id est reciprocum & mutuum unitus personæ in alia existentia) Filius sit in Patre, ut terminis in principio, & Pater in Filio ut principium in termino, juxta illud Chrysostomi Ioani. 14. *Ego in Patre & Pater in me est.*

Sed hæc etiam solutio non satis facit: eto enim quod paternitas sit in Filio per circummissionem non tamen perficit illum formaliter, alogum Iulium Patrem constitueret: Ergo ratione illius, Filius non constitutus summe perfectus, nec con-

quenter salvatur perfecta ejus cum Patre æqualis.
Hac ultima consequentia patet, altera vero
probatur: Filius enim non potest constitui sum-
mi perfectus, nisi à forma, seu à perfectione, ip-
sum formaliter perficiente.

Confirmatur: Si aliqua perfectio absoluta com-
petet Patri formaliter & interinsecè, non verò
Filio, etiam per circuminfessionem esset in Fi-
lio, Filius non esset summè perfectus formaliter,
nec Pater in perfectione equalis: Ergo iste mo-
dus habendi perfectionem relativam paternitatis,
non est sufficiens, ut in Filio salventur ratio sum-
mi perfecti, & perfecta ejus cum Patre æqualitas.

§. II.

Satisfit objectionibus Adversariorum,

Opicium in primis Adversarij quadam Con-
ciliorum & Sanctorum Patrum testimonia,
in quibus tres subsistentias divinarum persona-
rum vocantur perfectæ. Sic enim habetur in 6.
Synodo actione 4. Credimus Divinitatem Patris,
& Filii, & Spiritus Sancti esse in tribus perfectis
subsistentiis. Similia verba referuntur actione 18.
in acto Constantini Pagonati

Verum hec ne leviter quidem attingunt no-
trum sententiam. Nam, ut initio articuli diximus,
non negamus subsistentias & relationes divinas,
cum ut virtualiter ab essentia distinctas, dicere
perfectionem; sed contendimus perfectionem illa-
rum non esse relativam, & virtualiter distinctam à
perfectione essentiae, sed absolutam & indistinctam
ad perfectionem essentiae, que in illis includitur.

Opicium secundo celebre Damasceni testimoni-
um libro I. de fide cap. II dicentes. In propri-
tatione paternitatis, filialitatis, & processionis
sicut causam & causale (seu causatum) &
perficiam perfectionem (id est existentia modum)
differentiam intelligimus. Quibus verbis aperte
videtur admettere differentiam in proprietatibus
sue relationibus divinis, quantum ad prefec-
tionem; & per consequens plures perfectiones rela-
tivas in personis divinis. Unde Clichtoveus ejus
Commentator, in commentario ad hunc locum
dicit: Ob hujusmodi differentes proprietates, per-
ficiam invenitur in Divinis perfici.

Respondeo Damascenum per perfectionem
personalem non intelligere perfectionem relati-
vam, seu quae conveniat relationibus & personis
ex propria linea, sed ipsam perfectionem ab-
solutam essentiae, que ut inclusa in personis di-
vinis, & diversimode ab illis modificata, seu ut
illis habens diversum existendi modum, perso-
nas appellatur, & quodammodo in illis diversifi-
catur, scilicet quantum ad modum habendi.

Quod autem haec interpretatio sit legitima, patet
tum exillis verbis Damasceni: Personalem per-
ficiam, id est existenti modum: tum ex ejus
Commentatore, qui post verba relata, statim sub-
dit: Nam principalior est existendi modus Patris,
quod à nullo est, quam ceterorum duorum, qui ab
e sunt originem; & principalior itemmodus
subsistendi Filii, & ratione ordinis profector,
quam Spiritus Sancti ab eo prodeuntis &c. Qui-
bus verbis aperte declarat, per perfectionem per-
sonalem, quam ex Damasceno in divinis perso-
nis admittit, se nihil aliud intelligere, quam ip-
sum perfectionem absolutam, divinæ naturæ; que-
qua est in Patre a se, & à nullo habita, ac tan-
quam primatum, sicut originis, qui non con-

A venit Filio; & ratione ejus à SS. Patribus major illo appellatur, juxta illud Io. 14. *Pater majorne est.*

Objicies tertio: Mysterium Trinitatis dicit sum-
mam & infinitam perfectionem in Deo: Sed il-
lud relations divinas, quibus persona consti-
tuuntur, includit: Ergo divina relations di-
cunt summam & infinitam perfectionem in Deo.
Minor constat, Major probatur. Naturam divi-
nam esse tribus suppositis communicatam, est
maxima perfectio; & propterea essentia creata,
ratione sue finitatis & imperfectionis, unitan-
tum potest supposito communicari: Sed mysteri-
um Trinitatis consistit in hoc quod natura divi-
na tribus suppositis communicetur: Ergo illud di-
citat summam & infinitam perfectionem in Deo.
Unde Cyrilus lib. 2. Thesauri cap. i. Non potest
esse perfecta Divinitas, nisi Filiū habeat, & fructū
ex se pariat. Et D. Thomas quest. 9. de potentia
artic. 5. ad 23. Ad perfectionem (inquit) Divinitatis
pertinet ut sint plures modi existendi in Divinitate,
scilicet si ibi à quo alius, & ipse à nullo, & alio
qui est ab alio: non enim esset omnimoda perfe-
ctione in Divinis, nisi esset processio Verbi & Amoris.
Et hic quest. 27: art. 2 ad 3. dicit: In ipsa perfectio-
ne divini esse continetur & Verbum intelligibiliter
procedens, & principium Verbi.

Confirmatur ex eodem Angelico Doctore, qui
opif. i. contra errores Græcorum cap. 7. asserit
Patrem sine Filio non esse perfectum, nec Pa-
trem & Filium sine Spiritu Sancto; refertque
Athanasium dicentem, Patrem sine Verbo fore
mutum, & utrumque sine Spiritu Sancto non esse
vivum. Et quest. 9. de potentia art. 5. ad 24. dicit:
Non potest Pater esse plenum gaudium de seipso, nisi
in Filio: scilicet nec homo de seipso gaudet,
per conceptionem quam de seipso habet. Cui con-
sonat illud Zenonis Veronensis: Lætatur Pater in
alio se, quem genuit ex se.

Ad objectionem respondeo, distinguendo Ma-
jorem: Mysterium trinitatis dicit summam perfe-
ctionem, se tenentem ex parte naturæ divinæ,
quaæ tribus personis communicatur, concedo Ma-
jorem: provenientem à relationibus divinis, quaæ
sunt termini divina communicationis & fecun-
ditatis, nego Majorem. Ut enim suprà ostendi-
mus, tota perfectio qua in mysterio Trinitatis
reducet, se tenet ex parte naturæ divinæ, quaæ
summæ & infinitæ perficit divinas personas, non
verò ex parte relationum, quaæ sunt puri respe-
ctus ad terminum & correlatum, & puri termini
divina fecunditatis & naturæ, qui nullam ad-
dunt perfectionem, sed tantum dant illi subsiste-
re incomunicabiliter, quod (ut infra ostende-
mus) nulla perfectio est: in hoc enim quod est al-
terius non posse communicari, nulla reluctet perfe-
ctio. Unde ad probationem Majoris, eodem modo
distinguuo: Majorem naturam divinam esse
tribus suppositis communicatam, est maxima
perfectio: se tenens ex parte rei communicatae,
concede Majorem: se tenens ex parte relationis
& modi quo communicatur, nego Majorem; &
concessa Minor, distinguendum est Consequens,
distinctione Majoris.

Solutio est D. Thomæ quest. 2. de potentia art.
5. in corp. ubi postquam dixit quod paternitas
non est in Filio, propter oppositionem paternitatis
& filiationis, subdit: Nec tamen sequitur, quod
quamvis paternitatem Filius non habeat, quam
Pater habet, aliquid habeat Pater, quod non
habet Filius: nam ipsa relatio secundum rationem

DISPUTATIO TERTIA.

sui generis in quantum est relatio, non habet quod A sit aliquid, sed solum quod sit ad aliquid: quod sit verò aliquid secundum rem, habet ex illa parte quā inest, vel ut idem secundum rem, ut in Divinis vel ut habens causam in subiecto, ut in creatis. Hæc D. Thomas. Quibus verbis aperte declarat, totū perfectionem, quæ est in divinis, oriri ab essentia, non verò à relationibus: quia relatio secundum conceptum relativum, & ut est purus respectus ad terminum, non est aliquid, sed ad aliquid; nec exprimit ordinem ad esse, ex quo ratio Perfectionis & bonitatis sumitur, sed ad correlativum, quod cum habeat rationem puri termini, nullam in eam influit perfectionem, sed solum præbet ei distinctionem & incommunicabilitatem. Ex quo infer S. Doctor, quod quamvis paternitatem Filius non habeat, quam Pater habet, non sequitur tamen quod aliquid habeat Pater quod non habet Filius; quod falso est, si relationes adderent aliquam perfectionem essentiae: cum enim perfectio illa est relativa, & consequenter incommunicabilis, Pater ratione paternitatis haberet aliquam perfectionem, quæ non est in Filio, & per consequens aliquid est in Patre, quod non est in Filio.

178 Ad testimonia SS. Patrum in primis dico, quod licet relationes divinæ nullam dicant perfectionem in Deo, arguant tamen & indicant summam perfectionem in illo, infinitatem scilicet ac fecunditatem. Unde sicut ex defectu possibilis creaturarum infertur à posteriori, & per locum extrinsecum, destrucciónem omnipotentiae: ita pariter ex negatione relationum & processuum in Deo, rectè colligitur argutivè & à posteriori, Deum non fore perfectum, si in illo non est processio Verbi & Amoris, illamque infinitam perfectionem cariturum, si per impossibile paternitate & filiatione careret.

179 Secundo respondeo, hæc duo maximè inter se differre, nempe quod relationes ad perfectionem Divinitatis pertineant, & quod perfectionem divinæ naturæ superaddant: Nam ad perfectionem essentiae infinite perfectæ potest pertinere, communicare se alicui ratione formalis, quæ ex vi sua linea non afferat perfectionem, dummodo sit capax accipienti imperfectionem illius, eam in se, intime includendo. Pater hoc in ente, ad cuius perfectionem pertinet communicari, & includi in verò, ut tali, licet verum, ut tale, secundum id quod superaddit enti, non dicat perfectionem & bonitatem distinctam virtualiter ab ente sed eandem prorsus ut communicatam & derivatam ab ente in actu, quod in ipso vero transcendentaliter includitur. Ita pariter, licet relationes divinæ non afferant perfectionem, virtualiter distinctam à perfectione essentiae, verificatur tamen illud quod dicunt SS. Patres, & præsternit S. Thomas, relationes divinas, seu plures modos existendi in Divinis, ad perfectionem Divinitatis pertinere, & in ea contineri: Tum quia in natura divina radicaliter continentur, tum etiam quia perfectionem infinitam divinæ essentiae in se recipiunt & intime claudunt.

180 Ad confirmationem respondeo, quod quando S. Thomas dixit Patrem non esse perfectum sine Filio, eique non esse perfectum gaudium de seipso, nisi in Filio; per hoc non intendit, quod Filius aliquam perfectionem Patri aut divina essentia afferat; sed solum intendit docere, personas divinas esse inter se correlatas, & intime connexas unamque non posse subsistere sine alia. Vele etiam

quia divina essentia, ratione sue fecunditatis & infinitatis, habet quod sit communicabilis tribus personis, rectè à posteriori colligetur, illam non fore infinitè perfectam, & ab illa Patrem non habitum omnimodam perfectionem, ita non communicaretur aliis diuabus personis divinis.

Dices: Idem S. Doctor quæst sequenti articulo probat reperiri in Deo rationem persona, quia persona est summa perfectio: Sed haec ratio non valeret, si personalitas in Divinis non adderet aliquam perfectionem ad essentiam: Ergo illi addit aliquam perfectionem.

Respondeo concessa Majori, negando Minor: licet enim divinæ persona ratione subsistentiae relative perfectionem non explicet, duplēc tam implicit, nature felicem intelligentiam, quam dicunt in obliquo & de connotato, & subsistentiae absolute, quam includunt & supponunt. Unde ex eo quod divina essentia consisteat in se omnem perfectionem, rectè inferit D. Thomas reperiri in Deo rationem persona. Ne D. Thomas dixit, personam utsic, & prout est analogice communis Deo & creaturis, significare formaliter perfectionem, sed significare id quod est perfectissimum in tota natura, nempe subsistentias in rationali natura; quod verum est, licet perfectionem de formalis non explicet: ad hoc enim sufficit, quod duplēc illam perfectionem, naturæ scilicet intellectualis quam connotat, & subsistentiae absolute quam supponit, implicite includat. Sed de hoc redit sermo disputatione sequenti.

§. III.

Aliæ objectiones proponuntur & solvantur.

Obijcties quartæ: Perfectum, secundum Aristotelem, est cui nihil deficit in proprio genere; quam definitionem admittit D. Thomas in præ quæst. 4. artic. i. Ergo perfectio in integritate constituit. Sed paternitas v.g. est integra, integrat relativa, quæ ratione distinguitur ab integratæ essentia: Ergo est perfecta perfectione relativa, ratione distincta à perfectione essentia.

Respondeo explicando definitionem traditam. Perfectum est cui nihil deficit in proprio genere, dicente perfectionem, concedo: in quoconque genere, nego. Sic autem esse intelligendam & applicandam hanc definitionem Aristotelis, prout primo, quia à D. Thoma ibidem sic explicatur: *est enim, perfectum esse, cui nihil deficit secundum modum sue perfectionis.* Pater secundò in decreto Dei libero, cui, prout ab actu necessario distinguitur, nihil deficit in proprio genere; & tamen prout sic perfectionem non dicit, alias aliqua potuisse Deo esse perfectio. Tertiò pater, quia alias peccatum, secundum formalissimum conceptum peccati, perfectum est; cum ei ut sic nihil deficit ex his quæ ad proprium genus desiderantur: quod licet forte ab Adversariis admittatur, est tamen contra Aristotelem, expresse afferentem, non nisi metaphysicæ virtutis & peccatum dici perfecta; & contra manifestam rationem: nam alias virtutis est absolutè dicere, perfectionem aliquam subterfugere divinam causationem, cum peccatum, sub ratione peccati, non causetur à Deo.

Obijcties quintæ: perfectionis formalis consistit in convenientia ad illud, cuius est perfectio: At divina personalitas, prout ab essentia distincta, conveniens est persona constituta, cum omnis confitetur

trum conorum & convenientis sit constituto; Ergo per se distincta, perfectio est persona conscientia, & consequenter admittenda erit in divina personalitate perfectio relativa, à perfectione essentiæ ratione distincta.

Respondeo distinguendo Majorem: Consilium in convenientia, ut est in actu existentia, vel ut exprimit ordinem ad illam, concedo Majorem: sine ali expressione, nego Majorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Sollicito patet ex supra dictis: ostendimus enim in quantum est in actu existentia, vel dicit ordinem illam. Unde cum relationes divinae, ratione sibi non dicant ordinem ad existentiam, sed solum ratione essentiae quam includunt, ratione sui non dicunt perfectionem, sed solum ratione essentiae.

Ratio autem cur divinae relationes, sub proprio conceptione exprimant ordinem ad existentiam etiam quæ §. 2. ultimo loco tradidimus: quia scientia ratione esse relationis in referre consilium, unde nihil explicare potest, nisi ordinando ad terminum. Ex hoc colligiles notabile discrimen, quod inter divinas relationes & attributa versatur. Sicut enim supra dicebamus, relationem creatam in loco ab aliis praedicamentis differre, quod alia praedicamenta respiciunt subjectum, ratione sui, in illo ostendendo, & ponendo eo aliquid, per quod subjectum perficitur in se, & non in ordine alii: relatio vero non respicit subjectum rationis, & ostendendo in illo, sed ordinando illud a terminum, & ratione illius. Ita etiam divina attributa respiciunt essentiam ratione sui, illamque perficiunt in se, & non in ordine ad aliud, quod habeat rationem puri termini, & per consequens ei addunt perfectionem aliquam virtualiter & ratione distinctam: relationes vero ex proportione explicita, non respiciunt divinam essentiam, sed terminum sibi correlatum, ac proinde divina essentia non addunt aliquam perfectionem virtualiter distinctam, sicut attributa, sed tantum unum respectum, à perfectione velim perfectione abstrahentem.

Dicte: Relationes addunt essentiae entitatem virtualiter distinctam: Ergo à perfectionem, Conscientia videtur manifesta, nam bonitas & perfectio consequuntur ad entitatem.

Respondeo primo, Antecedens non esse cer-

tem, & negari a pluribus, qui existimant, quod acta divinae relations gaudent realitate distinctiæ & virtutis distinctam:

Sed quidquid de hoc, de quo dicimus disputatione sequente: dato Antecedente, nego Consequentiam.

Ad cuius probationem, distinguo Antecedens.

Bonitas & perfectio consequuntur rationem entitatis, ut in actu existentem, concedo Antecedens.

Subiecta ratione entitatis, nego Antecedens.

Mathematica enī, prout subsumt abstractioni a materia sensibili & singulari, sunt vera entia reales, tamen, quia abstrahunt ab ordine ad existentiam, prout sic non sunt bona, ut docent nostri Thomistæ in Metaphysica.

Infabili: Subsistencia Verbi Divini, ut virtutis ab essentia distincta, terminat naturam humanaem, & supplet vices subsistentiae & personalitatis creaturæ: Ergo ut sic dicit perfectionem. Conscientia videtur bona: subsistencia enim Verbi divini non potest suppleri vices subsistentiae creaturæ, nisi eminenter omninem eius perfectionem.

Temp. II.

A continet: At enim actus continentia perfectionis, necessario presupponit rationem perfectionis formaliter: Ergo subsistencia Verbi Divini, ut virtualiter ab essentia distincta, dicit perfectio formaliter.

Confirmatur: Personalitas Verbi Divini, prout ratione distincta ab essentia, sanctificat immediatè humanitatem Christi, in sententia satis frequenti apud nostrum Thomistam: At sanctitas necessariò perfectio est, cum debeat subjectum constitutere sanctificatum, & objectum congruum divina dilectionis, quod non potest nisi à forma perfecta praestari: Ergo prout distincta ab essentia formaliter est perfectio.

B Ad instantiam, concessio Antecedente, distinguo Consequens: Ergo ut sic dicit perfectionem relativam, virtualiter distinctam à perfectione essentiae, nego: absolutam, & indistinctam à perfectione essentiae, concedo.

Solutio patet ex supra dictis. Sicut enim personalitas Verbi Divini, tantum relativa sit, continet eminenter subsistentialiter creatam, que absoluta est, ex eo quod quamvis non explicet rationem absolutam, imbibit tamen illam: ita similiter, quamvis non explicet perfectionem, quia illam implicat, potest perfectionem subsistentiae creatæ eminenter continere, & illius effectum praestare. Per quod patet responsio ad probationem Consequentis: concessa enim Majori, distinguenda est Minor: eminentia rationis perfectionis necessariò presupponit perfectionem relativam, & ratione distinctam à perfectione esse essentiae, nego: absolutam, indistinctam à perfectione essentiae, concedo. Et distinguo Consequens dictio Minoris.

C Ad confirmationem similiter distinguo Major: Personalitas Verbi Divini, prout ratione distincta ab essentia, sanctificat: ratione absolutæ perfectionis essentiae quam essentialiter includit, concedo Majorem: ratione illius quod explicat, & essentiae superaddit, nego Majorem. Licet enim forma quæ sanctificat, in hac sententia, sit subsistentialis & relatio, ratio tamen sub qua sanctificat, non est id quod explicat & superaddit essentiae (quod, ut supra dicebamus, est ratio puri respectus, abstrahens à perfectione vel imperfectione) sed est ipsa perfectio essentiae quam implicat, & transcendentaliter includit, hæc enim est totius sanctitatis & perfectionis fons & origo.

D

S. IV. Solvitur alia objectione.

E Objecit sexto: Si in Deo esset unica subsistencia, illa sine dubio ratione sui diceret perfectionem ab essentia distinctam, redderet enim naturam: devinam ultimè completam & terminatam. At nulla est ratio assignabilis, cur ex distinctione personarum in Deo, personalitas amittat rationem perfectionis: Ergo divinae personalitatis, seu relations, ratione sui dicunt perfectionem, à natura distinctam.

Confirmatur: Personalitas creata dicit perfectionem, realiter modaliter à perfectione naturæ distinctam: Ergo à fortiori personalitas divina addit divina naturæ perfectionem, scilicet ratione distinctam.

F Ad objectionem, concessa Majori, nego Minorem. Si enim unica daretur in Deo personalitas, tunc personalitas vel esset ipsissima Dei essentia sine distinctione virtuali, ut plures sentiunt de subsistencia absoluta, quam Thomistæ agnoscunt in Deo.

C c

DISPUTATIO TERTIA

202

secundum se considerato, & preintellecto personalis: vel saltem tunc personalitas adderet aliquid absolutum ad essentiam, & consequenter perfectionem ratione ab illa distinctam. Modo vero nihil addit absolutum, sed tantum purum respectum ad terminum correlatum, & ideo non addit perfectionem: nam perfectio, ut supra ostendimus, in sola ratione absoluta consistit. Et per hoc patet solutio ad confirmationem, & discrimen inter personalitatem creatam & divinam, prima enim per aliquid absolutum constituitur, altera vero consistit in solo respectu ad terminum correlatum.

Neque ex hoc inferas, personalitatem creatam esse perfectiorē divinā: sicut enim licet sapientia creata afferat propriam existentiam, ac proinde aliquam actualitatem & perfectionem, quam sapientia divina non afferat: nihilominus, quia hoc non provenit ex perfectione simpliciter, sed potius ex imperfectione sapientiae creatae, cui non repugnat ut unum per accidens cum essentia constituat, ē contra verō, quod sapientia increata non afferat propriam existentiam, oritur ex summa & infinita eius actualitate & perfectione, ratione cuius non potest unum per accidens cum divina natura confitire, non potest colligi sapientiam creatam esse in suo ordine perfectiorem increata. Ita pariter, licet personalitas creata aliquam perfectionem, involutam imperfectiōibus, afferat natura quam terminat, divina verō nullam beatitudinem aut perfectionem divinę essentia superad dat: quia tamen hoc provenit ex imperfectione naturae creatae, quae cūm finita & limitata sit perfectionis, potest per aliquid absolutum terminari, & reddi incommunicabilis, & ex summa divina natura perfectione, quae cūm sit infinita perfecta & fœcunda, attributis personis communicabilis; non potest per aliquid absolutum ultimò terminari ac reddit incommunicabilis, sed solum per relationes inter se oppositas, quae (utpote puri respectus ad terminum seu correlativum) secundum rationem explicatam, nullam dicunt perfectionem: non recte infertur personalitatem creatam esse divinā perfectiorem. Maximè vero, quia licet divina personalitas, quatenus est purus respectus ad terminum & correlativum, nullam explicet perfectionem: implicitè tamen continet infinitam perfectionem divinę essentia, quā infinitè perficitur, & per consequens quamlibet personalitatem creatam in infinitum excedit.

ARTICVLVS VI.

An divine relationes gaudent existentiis relativis, realiter inter se, & ab existentia essentia, virtualiter, sc̄ ratione distinctis.

SVppono tanquam certum & indubitatum in Theologia, dari in Deo, ut preintellectu relationibus se personalis, existentiam communem, absolutam, & essentiālem. Patet huc suppositio: Tum quia Deus est ipsum esse per essentiam, juxta illud Exodi, *Ego sum qui sum*: unde Hilarius lib. 2. de Trinit. *Non aliquid magis proprium Deo quam esse intelligitur*. Tum etiam, quia Deus, ut preintellectus relationibus personalibus, operatur intelligendo & volendo; operari autem supponit esse. Addo quod Deus essentia, immutabilis, aeternus, &

A actus purissimus: ratio autem intercreati consistit in existere à se: immutabilitas verō & aeternitas, vel sunt ipsum esse divinum, vel necessariò illud supponunt: Item ratio actus puri in summa aeternitate consistens, ipsissimam existentiam designat. Ergo necessariò ponenda est in Deo, ut premittat relatio in personis, existentia absolute, essentiālis, & communis Hoc presupposito,

Inquirimus, an præter existentiam illam absolutam & communem, dentur in personis divinis tres relativas & proprieates, realiter inter se, & virtualiter, sc̄ ratione, ab existentia essentiā distingueantur? Affirmant Suarez lib. 3. de Trinitate capit. 5. Arrubal. disp. 10. cap. 3. & quidam alii Recensores. Negant verō Thomistæ cum S. Doctor, locis statim referendis, quibus subscrubunt Vazquez, Granado, & alii.

§. I.

Conclusio negativa statuitur, & autoritas D. Thomæ probatur.

Dico igitur, non dari in Divinis tres existentias relativas, realiter inter se, & virtualiter ab existentia absoluta essentia distinctas.

Hanc conclusionem ita clare & expressè docet

C

S. Thomas, ut de eius mente dubitare, sit velut nebras Soli offundere, ac in meridiū cœcute. Nam quest. 2. de potentia articul. 6. sic ait: *Non ob concedendum, quod aliud absolutum in Divinis multiplicetur: sicut quidam dicunt quid in Divinis est duplex esse, essentiæ & personæ: non enim esse in Divinis essentiæ est, nec personæ nisi per esse essentiæ*. Idem habet quest. 8. articul. 2. ad 11. & quest. 9. articul. 5. ad 19. & quest. de veritate articul. 5. ad 18. Item 3. parte quest. articul. 2. ad 3. huc scribit: *Quia persona divisa est idem cum natura, in personis divinis non est aliud esse persone, & aliud esse naturæ: & id est triplex non habent nisi unum esse: baberent autem triplex esse, si in eis esset aliud esse persone, & aliud esse naturæ. Quo nihil clarissimum & expressissimum dicitur*.

D

Præterea in primo dist. 33. quest. 1. articul. 1. ad 1. postquam distinxit inter esse, suptum pro quiditate, & pro actu existendi, sic ait: *Et sic dicitur, quod non oportet quod esse essentiæ divinae sit aliud se habere, quia illud esse, in qua paternitas & essentia uniuntur, significatur ut esse quod est aliud essentiæ: Non autem uniuntur in esse quod significat definitio rei, quia alia est ratio paternitatis, qua ad aliud refertur, & alia ratio essentiæ*. Idem ferè repetit in solutione ad 2. Ex quibus verbis hoc potest confici argumentum, ad precludandam viam, solita evanouit Adversariorum, quod plura Divi Thomæ testimonia conantur eludere, dicendo illum solum negare in personis divinis multiplex esse essentiæ, non vero multiplex esse existentiæ. Hanc distinctionem inter existentiam paternitatis & essentiæ negat D. Thomas, quam inter rationem paternitatis & rationem essentiæ admittit: *At inter rationem essentiæ & paternitatis solum admittit distinctionem virtualis, ut patetur Adversarius: Ergo inter utrumque existentiam distinctionem virtualis existentiam excludit; & consequenter divinas relationes existentiis relativis, ab existentiæ exceptis ratione distinctis, non gaudere existimat*.

Confirmatur primò: D. Thomas ex eo probat existentiam relationum esse ean de cum existentia

A unā etiam existentia immultiplicata realiter existent.

essentie; scilicet autem illarum rationes; quia ratio relationis se habet ad aliud, & relativa est; cū essentia realiter illius est aboluta: At formalitas aboluta non multiplicatur realiter in relationibus, nec relationes addunt ad essentiam aliquod abolutum: Ergo juxta D. Thomam existentia non multiplicatur realiter in personis divinis, nec relationes addunt ad essentiam existentiarum aliquam, sed solum gaudent existentia aboluta plus essentia.

Confirmatur secundò: Idem Sanctus Doctor quell. 8. de potentia art. 2. ad 11. ait: In Divinis non est esse nisi essentia, sicut nec intelligere nisi intellectus, & propter hoc, sicut in Deo, est tantum unum intelligere, ita est tantum unum esse. Sed in Deo, præter intelligere absolutum, non datur triplex intelligere relativum, ut præcedentem distinctionem ostendimus, & ipsi Adversarij profiteretur. Ergo finaliter, præter esse absolutum essentia, non datur triplex esse relativum in personis divinis.

§. III.

Eadem veritas ratione suadetur.

In veritate nostra conclusionis non solum militat evidenter Divi Thomas testimonia, sed etiam plures efficaces rationes illam suadent.

Prima est: In Deo non sunt tres essentiae relationes, sed una essentia absolute: Ergo nec dantur tres relationes existentiae, sed una, & absolute. Consequens videtur manifesta: quia existentia convertibiliter cum essentia se habet,

ac cum illa proportionatur & adequatur, subinde immultiplicata essentia, multiplicari ne possit existentia. Præterea si in Divinis sunt multiplicatio realis entitatis aut realitatis, non multiplicatio realiter existentiae, cur etiam illa stare non poterit cum unitate & immultiplicatione existentiae? Antecedens vero probatur. Tum quia id expressè docet Augustinus lib. 1. de Trinitate cap. 8. his verbis: Non dicimus in Deo tres essentias, sed unus Thomas infra quæst. 39. art. 5. ad 1. obi explicans dictum illud. Augustini: Filius est figura essentiae: dicit in rigore sermonis usus parvum non esse, cum inter Patrem & Filium non datur essentiarum distinctio. Tum etiam, quod essentia divina & natura divina usurpantur pro eodem: Sed in nullo sensu dantur in Deo tres nature relatives: Ergo nec tres essentiae. Ad quod si in Deo admittantur tres essentiae relatives, etiam admittenda erunt in ipso tres divinitates relatives, & consequenter tres Di, cum essentia divina idem proruit sit quod Divinitas:

Secundaria ratio. Non datur in Deo duplex ratio creati, cum virtuali distinctione, sed una quā essentia & relationes increati constituantur; ita tres personae essentiae increati substantiae, contra illud Athanasij, non tres increati, sed unus unus: Ergo nec dantur tres relatives existentiae. Probatur Consequens primo à paritate rationis. Si enim una ratione increati relationes & essentia, increata constituantur, cur etiam una essentia absolute, immultiplicata realiter, non poterunt existere relationes & essentiae?

Secundo probatur. Consequens à priori: Nam ens divinum constitutus extra nihil (in quo formaliter existentia consistit) per esse incrementum, sicut ens creabile, per hoc quod terminat creationem: Ergo si tres relationes in una ratione increati realiter immultiplicata convenientia,

T. II

Probatur tertio: Cum ratio increati consistat in hoc quod est existere à se, repugnat multiplicari existentiam in personis divinis, nisi etiam in illis ratio entis increati realiter multiplicetur, vel e contrario, rationem entis increati in personis divinis manere immultiplicatam, multiplicata illis realiter existentia.

Tertia ratio. Quia absoluta sunt, non multiplicantur in Divinis: Sed existentia relationis absolute est: Ergo non multiplicatur in personis divinis. Major est certa, Minor vero (præterquam quod est D. Thomas locis supra citatis) sic potest suaderi. Existentia non convenit relationi per ordinem ad terminum quem respicit, sed definiuntur à subjecto in quo recipitur, sive ut alii dicunt, existentia non convenit relationi, secundum rationem ad, sed secundum rationem in. Unde Cajetanus hic art. 2. ait: Actualis existentia, etiam relationis, non est ad aliquid, ut docet Divus Thomas in 1. dist. 33. quæst. 1. art. 1. ad 1. Ergo existentia relationis absolute est.

Confirmatur: Illud quod tribuit existentiam relationi, debet habere aliquam activitatem, vel saltem aliquam causalitatem erga illam exercere; existentia enim est veluti sistentia rei extra causas: Sed terminus relationis, cum habeat solum terminare & rationem puri termini exerceat, omnī activitate caret, & nullam causalitatem erga relationem exercet: Ergo existentia relationis non sumitur ex termino quem respicit, & sic non relativa, sed absolute est.

Quarta ratio. Relationes divinae existunt per existentiam essentiae: Ergo existentiae relatives non gaudent. Antecedens est certum: nam sicut natura divina intime includitur in relationibus, ita & eius existentia: Repugnat autem existentiam aliqui subjecto communicari, nisi reddat illud existens; sicut impossibile est sapientiam esse in aliquo, & illi non dare esse sapientem. Consequens vero probatur. Cum existentia sit ultima actus latus, & ultimus terminus rei quam terminat, implicat eandem rem existere per duas existencias; haberet enim duas ultimas actualitates, & duos ultimos terminos: Ergo si relationes divinae existant per existentiam essentiae, non gaudent existentiae relatives & sibi propriis.

Confirmatur primò: Existere prout abstrahit à creato, & in creato, consistit in hoc quod est aliquid extra nihil constitui: At entitas extra nihil posita, non potest iterum constitui extra nihil: Ergo eadem entitas duplice existentiæ actuari non potest.

Confirmatur secundò: Si possit eadem entitas duplice existentiæ actuari, nulla esset ratio, cur divina essentia duplice existentiæ non existere unā absolute & sibi proriæ, & alia relativæ, definiuntur à relationibus divinis eam modificantibus. Sicut in sententia quam impugnamus, relationes divinae duplice gaudent existentiæ, una relativæ & sibi propria, alia absolute & communis, quam ab essentia in eis transcendentaliter inclusa definiuntur.

Ultima ratio. Si darentur in personis divinis tres existentiae relatives, etiam illis concedenda essent tres aternitates relatives: Sed in eis non possunt adimiti tres aternitates relatives: Ergo nec tres existentiae relatives. Major videtur certa: Primo, quia cum aternitas vel ab existentia divina non distinguatur, vel sit modus illius; non

DISPUTATIO TERTIA

204

stat in personis divinis multiplicari existentiam, non multiplicata in illis aeternitate. Secundò, quia cum duratio nihil aliud sit, quam continuatio rei esse; non possunt dari in personis divinis plures existentiae, nisi etiam dentur plures durationes, & consequenter plures aeternitates; cum aeternitas nihil aliud sit, quam duratio rei omnino immutabilis.

Minor vero probatur: Si admittantur in personis divinis tres aeternitates relativae, poterunt tres persona divina dici tres aeterni, non solum adiectivè & secundum quid, sed etiam substantivè & simpliciter: Consequens est falsum, immo & errosum, & contra Symbolum Athanasij, dicentes tres personas divinas non esse tres aeternos, sed unum aeternum, sicut nec tres increatos, aut tres immensos, sed unum increatum & unum immensum: Ergo &c. Sequela probatur: Multiplicata formam, & subiectum seu suppositum, etiam nomen substantivum multiplicatur, ut docent Dialectici in summulis: Sed si in personis divinis dentur tres aeternitates relativae, multiplicabitur in illis forma significata per hoc nomen; *aeternus*, scilicet aeternitas: Ergo tres personae divinae poterunt dici tres aeterni, non solum adiectivè, sed etiam substantivè.

Respondeat primò Suarez, ubi supra: quod licet dentur in personis divinis tres existentiae, immo & tres durationes, non tamen tres aeternitates: quia (inquit) aeternitas est attributum absolutum, secus verò existentia, aut duratio, & idem hæc multiplicatur in relationibus, non autem aeternitas.

209 Sed hæc responso est mera petitio principij: Cum enim, ut dicebamus, aeternitas vel ab existentia divina non distinguitur, vel sit modus illius; querimus cur aeternitas absoluta & existentia, vero abstrahat ab absoluta & relativæ? Item, cum aeternitas nihil aliud sit quam duratio esse divini, omnino immutabilis, inquirimus quare in personis divinis dentur tres durationes omnino immutabiles, & non tres aeternitates: hæc enim manifestam repugnantiam videntur involvere.

210 Confirmatur: Duratio adiquatè dividitur in aeternitatem, ævum, & tempus, ut suppono ex quæst. 10. & idem multiplicata duratione, debet necessariò multiplicari aeternitas, ævum, aut tempus: Sed duratio divinarum personarum, cum sit omnino immutabilis, & carens principio & fine, non est ævum, aut tempus, ut patet: Ergo est aeternitas: Ergo multiplicata existentia & duratione in tribus personis, debet multiplicari etiam aeternitas.

211 Confirmatur amplius: Multiplicata existentia in personis divinis, necessariò debet multiplicari in alijs ratio actus puri: ratio enim actus puri in summa actualitate confitens, ipsissimum existentiam designat, ut supra dicebamus: multiplicata autem in personis divinis ratione actus puri, immutabilitas etiam multiplicari debet, & consequenter aeternitas; que super immutabilitatem fundatur: Ergo datis pluribus existentijs relativis, concedi etiam debent plures aeternitates.

212 Respondet secundo Arrubal, durationem distinguere ab existentia rei durantis, & ideo non portare quod multiplicata existentia in personis divinis, in illis duratio & aeternitas multiplicentur, vel quod duratio divinarum personarum relativa sit, quamvis illarum existentia sit relativa.

213 Sed contra primo: in frequentiori Adversariorum sententia duratio ab existentia rei durantis indistincta est.

A

Contra secundò: Duratio est continuatio rei esse: Ergo si duratio divinarum personarum, non relativa, sed absoluta sit; illarum esse, non relativa, sed absolutum erit.

Contra tertio: Duratio rei convenienti illi ratione existentiae (est) distinguatur ab illa) Ergo vel existentia non multiplicatur in personis divinis, vel etiam duratio multiplicari debet. Probatur: Consequentia: sicut enim quia immutabilitas sequitur ad rationem actus puri, & ad immutabilitatem aeternitas; eo ipso quod ratio actus puri distinguatur in relationibus, fatentur Adversarij debere in illis immutabilitates & aeternitates distinguiri. Ita similiter, si duratio sequitur existentiam, multiplicatis realiter existentiis, debent etiam durationes, & consequenter aeternitas multiplicari.

Tertio alij respondent, quod licet in divinis personis non dentur tres aeternitates absolute, quia aeternitas absoluta ad solam naturam divinam consequitur, bene tamen tres aeternitates relativæ. Ad probationem vero in contrarium dicunt, quod Athanasius negat solam in divinis tres aeternos absolute & simpliciter, non tamen, cum addito, scilicet in generis relativi.

Verum hæc responso temeritate non erat: ex illa enim sequitur, salvâ fide, & absque injuria contextus Athanasij, posse concedi tres personas divinas esse tres Deos, aut tres omnipotentes relativæ: Consequens est absurdum & hereticum: Ergo &c. Sequela probatur: Athanasius eisdem verbis negat tres deos, & tres omnipotentes, quibus etiam negat tres aeternos: Ergo si licet interpretari Athanasium de tribus aeternis, non relativè, sed absolute, cuilibet etiam licet eodem modo illum exponere, ac dicere, illum solum negare, tres divinas personas posse dici tres deos, autres omnipotentes, absolute & simpliciter, non tamen cum addito, & relativæ.

Præterea, Cum juxta illos Authores, eodem modo multiplicetur existentia in relationibus divinis, quo res, aut entitas; sicut persona divina absolute & sine addito dicuntur tres, aut tres entitatis: ita nequum cum addito, sed etiam absolute, poterunt dictrines existentes, & consequenter tres aeterni: quia cum aeternitas, vel ab existentia non distinguitur, vel sit modus illius, eodem modo multiplicatur, quo existentia, infra prædicta dicebamus.

§. III.

Solvuntur objectiones.

Obijiciunt primò Adversarij quedam SS. Patrum testimonia, quæ videntur favere illorum sententiae. In primis enim Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 6. dicit: *Aliud est esse Deum & aliud esse Patrem*: Ergo præter existentiam absolutam quæ Deus existit, aliquod esse relativum in Patre videntur admittere. Item Cyrilus Alexandrinus dialogo de Trinit. lib. 1. loquens de Patre & Filio sic ait: *Vixque subsistit, propriaque habere dicitur existentiam*. Similiter Richardus à S. Victore lib. 4. de Trinitate cap. 17. ponit in Deo tres existentias incommunicabiles, ac proinde relativas. Denique D. Thomas quæst. 9. de potentia art. 5. ad 23. hæc scribit. *Ad perfectum Divinitatis perlinet, ut sint plures modi existendi in Divinis*.

Ad Augustinum respondeo ex doctrina Domini

DE RELATIONIBVS DIVINIS.

205

Thome, locis suprà relatis, esse sumi dupliciter: primo pro ratione per definitionem explicata: secundo pro esse existentie. Quando ergo Augustinus affirmat, quod aliud est esse Deum, aliud esse Patrem, loquitur de esse in priori conceptione, non autem in posteriori. Cyrilus autem & Richardus sumunt ibi existentiam, pro subsistentia personali, & non pro actu essendi, ut constat ex isto testo utriusque, & idem dici potest de dicto Thome. Veleiam responderi potest, illum solum velle, quod existentia essentialis & absoluta diverso modo conveniat divinis personis, non ve- pigniòd in illis sint plures existentiae relativae. Si enim divina essentia, licet unica & indivisibilis, alio modo est in Patre, & alio modo in Filio, & Spiritu Sancto: in Patre si quidem est à se habita, in Filio vero, ut communicata à Patre per generationem; & in Spiritu Sancto, ut ab utroque perpiratione communicata: ita & ejus existentia quando potest dici, quod dantur in Divinis tres modi existendi quidem esse, & in eodem esse, non unentes existentia relativae.

Objicunt secundò: Existentia relationis divinae debet esse relativa: Ergo & ratione distincta ab existentia essentiae, & multiplicata reallit. Consequentia patet, Antecedens probatur primo, quia existentia debet proportionari, & in eodem generi convenire cum entitate, cuius est existentia; quare entitas substantialis nequit existentia accidentali extra causas constitui, neque entitas accidentalis existentia substantialis: Ergo existentia relationis divinae debet esse relativa.

Secundo probatur idem Antecedens, ex ipsa definitione relativorum: relativa enim illa sunt, quorum totum esse est ad aliud se habere.

Tertio probatur: Si existentia divinarum relationum non est relativa, sed absolute, sequetur quod Pater eternus est ad se, & non ad alium; quod est contra rationem relativorum.

Respondeo negando Antecedens, ad cuius primam probationem, distinguo Antecedens: debet proportionari, quoad rationem communem substantialitatem & accidentis, concedo Antecedens. Quod alias peculiares rationes, nego Antecedens & Consequentiam. Ratio discriminis est, quia existentia & existentia debet se mutuo respicere, & unum per se constitutere; unde cum substantia sit absolute ab omni respectu ad extrinsecum, nec possit cum accidente unum per se constitutere; consequens est quod convenientia in ratione substantiae desideretur inter existentiam & existentiam, scilicet convenientia in aliis peculiariis rationibus, quibus mutua resipientia sine tali convenientia competere potest.

Vel secundo responderi potest ad eandem primam probationem Antecedens negati, distinguendo Antecedens. Existentia, & primum illius susceptivum, debet proportionari, & prædicta convenientia gaudere, concedo Antecedens: Existentia & secundum susceptivum, nego Antecedens, & Consequentiam: non enim relativum divinum, sed essentia, est quasi primum susceptivum di-

vinae existentia, est quasi primum susceptivum divinum.

Potest hoc responsio dupli exempli illustrari. Primum est de essentia divina ut habet rationem specie intelligibilis, ut sic enim habet omnimodo convenientiam tantum cum intellectu divino, quem per se primo respicit, non autem cum intellectu humano, quem per se secundario. Secundum definiunt ex naturalibus, nempe ex materiali & animarionali, quæ existunt in hominie.

Tom. II.

A per unicam simplicem existentiam immaterialem; quia cum anima rationalis sit primum susceptivum existentiae, materia vero secundarium tantum; existentia non debet proportionari omnino materia, sed anima rationali.

Ad secundam probationem Antecedentis principialis respondet, esse quod ponitur in definitione relativorum, non lumen pro existentia; nam esse quod pro existentia sumitur in relatione, non est ad aliud se habere, sed inesse, ut docet D. Thomas quest. 8. de potentia artic. 2. ad 12. Sumitur ergo ibi esse, pro quidditate, seu ratione formalis. Unde ad tertiam probationem distinguendum est Antecedens: Pater eternus est ad se, quoad existentiam, concedo: quoad quidditatem seu rationem relativam, nego.

Objicunt tertio: Qualibet realis productio tendit ad existentiam rei productæ, que alias sine tali productione non est: Sed personalis productio in Divinis, non tendit ad existentiam absolutam existentiae, tum quia existentia existentiae non producitur, tum etiam quia supponitur in persona producente: Ergo necessariò tendit ut in terminum proximum, in existentiam personalem relativam, ratione distinctam ab existentia existentiae.

Respondeo distinguendo Majorem: tendit ad existentiam, ut producendam vel communicandam entitatem productæ, concedo Majorem: semper producendam, nego Majorem, & etiam Minorem, quam non convincunt duas probationes adductæ. Non quidem prima, quia licet productio debeat ad existentiam terminari, non tamen semper debet illam producere. Nec etiam secunda: quia quamvis existentia existentiae supponatur in Patre, pro priori originis ad Filium, non tamen supponitur ut Filio communicata, & ideo generatio tendit ad illam, non ut producendam, nec Patri communicandam, sed ut communicandam Filio. Et certè principalius tendit productio ad terminum formalem, quam ad existentiam rei, que terminus formalis non est, sed conditio termini; & tamen divina existentia, quæ in sententia plurium ex Adversariis est formalis terminus productionis personalis, non producitur, sed communicatur: Ergo licet terminetur ad existentiam, non recte colligitur illam debere esse productam. Et ratio a priori est, quia rem producere, est illam existentem constitutere, quod cum possit fieri, vel producendo existentiam, vel existentiam alias productam, seu inproductam communicando, ideo non est de ratione productionis existentiam producere.

Objicunt quartò: Relationes creatæ habent propriam existentiam, distinctam ab existentia subjecti & fundamenti: Ergo & relationes divinæ. Antecedens recipitur communiter à Thomistis in Philosophia, est enim relatio ens complectum in suo genere, realiter distinctum à fundamento, atque ita postulat sibi proprium actum essendi. Consequens vero probatur ex paritate rationis.

Respondeo concessso Antecedente, negando Consequentiam, & paritatem: nam ideo relatio creta habet propriam existentiam, distinctam ab existentia subjecti & fundamenti, quæ est limitata, & ratione limitationis non potest cum subiecto & fundamento identificari, sed debet necessariò cum eo facere compositionem accidentalem: relatio vero divina caret limitatione, atque ita identificat sibi quidquid est absolutum in Deo, & consequenter existentiam essentiale. Unde ex infinita perfectione divinarum relationum provenit,

C c iiij

DISPV TATIO TERTIA

quod non habeant propriam existentiam, sed existant per existentiam naturae & ex imperfectione relationum creaturarum, quod afferant proprias existentias.

²²⁷ Objiciunt quinto: Existentia est forma quā aliiquid constitutur extra nihil: Sed divinae relationes & essentia differunt in hoc quod est ponit extra nihil: Ergo differunt in ratione existentiae. Major est certa, Minor probatur, Filiatio v.g. est extra nihil per productionem, & ab alio ut principio, essentia autem sine productione, & à se; cùm filiatio sit producta, essentia vero improducta: Ergo differunt in hoc quod est esse extra nihil.

²²⁸ Respondeo distinguendo Majorem: Est forma quā aliiquid constitutur extra nihil, completere & totaliter, concedo Majorem. Incomplete & inchoative, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: Divinae relationes & essentia, differunt in hoc quod est ponit extra nihil: incomplete & inchoative, concedo Minorem. Complete & totaliter, nego Minorem, & Consequentiam.

Explicatur: Ad rem extra nihil ponendam duo concidunt, ut docent nostri Thomistæ in Metaphysica; entitas scilicet, veluti subjectum existentiae, & existentia ipsa. Entitas ut est subjectum existentiae, pro priori natura ad illam, & in eo signo in quo causa suas exercit causalitates, est extra nihil in completè, inchoative, vel (ut alii loquuntur) in esse vitali; ratione vero existentiae est extra nihil completere & totaliter: quod in creatis contingit cum distinctione reali inter entitatem & existentiam, in Divinis vero cum distinctione virtuali secundum aliquos, aut eminentiā secundum orationes. Dicimus ergo, in hoc quod est esse extra nihil inchoative (quod competit relationi ratione entitatis) diversitatem esse inter filiationem & existentiam divinam, scilicet autem in hoc quod est esse extra nihil complete (quod convenit illi ratione existentiae) nisi ad summum quoad modum, quatenus essentia hoc habet à se, filatio vero ut communicatum ab alio, ad quam diversitatem modalem non requiritur diversa existentia, sed sufficit eadem, primariò essentia convenientis, & secundariò filiationi communicata. Sicut ut essentia divina alio modo dicatur esse in Patre, & alio modo in Filio: non requiritur quod diversificetur, aut multiplicetur in illis, sed sufficit quod in Patre sit à se habita, in Filio vero, ut communicata à Patre per generationem,

²²⁹ Objiciunt ultimò Adversarii, & est præcipuum illorum fundamentum. Existentia nihil aliud est, quam entitas actualis: Sed relationes divinae, ut virtualiter distinctæ ab essentia, sunt tres entitates actuales, realiter distinctæ inter se, & ratione ab entitate actuali essentiae: Ergo sunt tres existentiae realiter distinctæ inter se, & ratione ab existentia essentiae.

²³⁰ Respondeo primò, negando Majorem. Ut enim docent nostri Thomistæ in Metaphysica, existentia non est res ipsa actualis, sed potius ipsa actualitas, quā sibi extra causas, & ponitur extra illarum causalitates & dependentias: unde existentia dicitur quasi extra causas sibi.

Respondeo secundò, data Majori, distinguendo Minorem: Sunt tres entitates actuales, numero cadente super entitatem, concedo Minorem: cadente super ipsam actualitatem, nego Minorem, & consequientiam. Itaq; sicut tres personæ divinae sunt & dicuntur tres sapientes adjective ab eadem sapientia, & tres omnipotentes ab eadem omnipotencia: ita sunt & dicuntur tres entitates

A actuales, ab eadem actualitate & existentia in illis inclusa; quia in nominibus adiectivis numerus non formas sed subjectum numerat, ut docent Dialectici in summulis.

Dices: Paternitas, prout ratione distinctæ ab essentia, non solum est actualis, sed est etiam actualis ab actualitate essentiae ratione distinctæ. Ergo gauder existentia relativæ, ratione distincta ab existentia absoluta essentia. Consequenter videtur bona: quia existentia in actualitate consistit. Antecedens verò probatur primo: quia paternitas, ut ratione distinctæ ab essentia, non est potentialis; potentialitas enim dicit imperfectionem deo repugnante: Ergo prout sic distincta, est actualis, immo & actualitas. Probatur secundo:

^B quia paternitas, ut ratione ab essentia distincta, actu refert Patrem aternum ad Filium, illuminat à Filio actu distinguunt: Ergo ut sic est actualitas quadam, ratione distincta ab actualitate essentiae.

Respondeo primo, distinguendo Antecedens. Est actualitas entitativa, ratione distinctæ ab actualitate essentiae, transeat antecedens. Et actualitas existentiae, nego Antecedens, & Consequentiam: ad cuius probationem eadem distinctione utendum est, & concessio utroque Antecedente, eodem modo distinguiri debet utrumque Consequens. Solutio patet ex his que docent nostri Thomistæ in Physica, admittentes in partibus compotiti plures actualitates entitativas, negotes vero plures existentias.

Respondeo secundò, negando Antecedens. Ad cuius primam probationem, concessio Antecedente, nego Consequentiam. Nam ut paternitas prout virtualiter distinctæ ab essentia, non sit potentialis, non requiritur quod prout sic distincta, sit actualis explicite, sed sat est ut implicet actualitatem essentiae: sicut ut sit increata, sufficit quod ratio entis increata in illa implicitè includatur, nec exigitur quod illa in personis divinis multiplicetur; alias (ut suprà dicebamus) darentur Divinis plures increata substantiae. Similiter ad secundam probationem, concessio Antecedente, neganda est Consequentia: quia ut paternitas actu referat Patrem aternum ad Filium, illuminat à Filio actu distinguunt, non est necesse quod ratione expliciti ei actualitas convenient, sed sufficit quod ei competit ratione essentiae, quam implicitè includit.

DISPV TATIO IV.

De personis divinis.

Ad questionem 29. D. Thomas.

^A Consideratione divinarum processionum & relationum, juxta præscriptum ordinem initio tractatus, ad considerationem divinarum personarum in communi descendimus, & duo breviter hic examinanda suscipimus. Primum est, an ratio personæ verè & propriè reperiatur in divinis? Alterum: quodnam sit formaliter significatum hujus nominis, Persona Divina! Per quid vero divinae personæ constituant, dicimus infra, quando de personis in comparatione ne ad relationes sive proprietates differemus?